

[BORBA DE MORAES: vol. 2, p. 51.]

The author of this work is José Rodrigues de Mello. This second edition is also rare. Better printed, with an engraved vignette (apart the 4 plates), it was made by José Marianno da Conceição Velloso, and it contains also Prudencio do Amaral's work.

38


JOSEPHI RODERICII MELII
DE REBUS RUSTICIS BRASILICIS
CARMINUM
LIBRI QUATUOR,
QUIBUS ACCEDIT PRUDENTII AMARALII
DE SACCHARI OPIFICIO
SINGULARE CARMEN,

JUSSU, ET AUSPICIIS
REGIÆ SUÆ CELSITUDINIS,
BRASILIÆ PRINCIPIS,
DOMINI NOSTRI
DENUO TYPIS MANDATI,

CURANTE
Fr. JOSEPHO MARIANO A CONCEPTIONE VELLOSO.
Strictioris observantiæ S. Francisci Fluvii Januarii.



OLYSIPONE,
EX TYPOGRAPHIA PATRIARCHALI
JOANNIS PROCOPII CORREÆ SILVII
M. DCC. XCVIII.


RPJCB

JOANNI
CLEMENTISSIMO,
POTENTISSIMO,
INVICTISSIMO,
BRASILIÆ PRINCIPI,
AC
DOMINO NOSTRO
INCLYTO, PIO, FELICI,
PRO PIISSIMA MATRE,
REGINA FIDELISSIMA,
DOMINA NOSTRA,
LUSITANIÆ CLAVUM VIRILITER TENENTI,
SACRAQUE EJUS JURA IMPAVIDE TUENTI
OPUS,
CEDRO LINITUM,
VIRGILII ÆVO DIGNUM
DE REBUS RUSTICIS BRASILICIS,
LATINO SERMONE,
ET
LIGATA ORATIONE
AD TYBERIS RIPAS,
LÆTO MURMURE REFLUENTIBUS UNDIS,
STUPENTIBUS NYMPHIS,
A DUOBUS BRASILIANIS OLORIBUS,
JOSEPHO RODERICIO PORTUENSI,
PRUDENTIO AMARALIO BRASILIENSI,
OLIM
SUAVISSIME CONCINATUM:
NUNC VERO
AURIFERO PATRE PLAUDENTE TAGO,
FILIIS CONGAUDENTIBUS BRASILIANIS FLUMINIBUS,
NEMPE,
AMAZONUM, DIVI FRANCISCI, ET ARGENTEI,
HINC ET ILLINC JUCUNDE RESONANTIBUS LITTORIBUS
LUSITANIS TYPIS
PRIMO MANDATUM:

BENEFICIORUM MEMOR,
QUIBUS,
ÆRE REGIO,
LARGE, EFFUSEQUE CONSUMPTO,
PRINCIPATUS SUI;
PATRIÆ CHARISSIMÆ
BRASILIÆ
RUDEM, COLLAPSAMQUE RUSTICATIONEM:
ET, SUO JUSSU,
LIBRIS JAMJAM EDITIS, CONTINUOQUE EDENDIS
DE SACCHARI, INDIGOFERÆ, COFFEÆ
CULTURIS, ATQUE OPIFICIIS
PROPRIUM IN SERMONEM
AB ALIENO TRANSLATIS;
ET
EXOTICIS QUAMPLURIMIS PLANTIS AROMATICIS ET ALIIS,
SCILICET,
LAURO CINAMOMO, CAMPHORA, CARIOPHYLLO,
PIPERE NIGRO, ARTOCARPO, CÆTERISQUE
DISSITIS A REGIONIBUS IMPENSE DEDUCTIS,
DEDUCENDISQUE IN POSTERUM,
IBIDEM STUDIOSE COLENDIS,
HORTORUM PUBLICORUM
AREOLIS AD SEMINARIA JAMJAM PARATIS,
REPARARE, ADAUGERE,
INDIESQUE MAGNOPERE MELIUS FIERI,
INDESINENTER SATAGIT,
PROSEQUI VEHEMENTIUS CONTENDIT.
IN
ÆTERNÆ GRATITUDINIS TESSERAM,
FIDISSIMÆ CLIENTELLÆ SIGNUM,
SINGULARIS AMORIS SYNGRAPHUM,
DEVOTISSIME,
OBSEQUENTISSIME,
HUMILLIME

O.

Fr. JOSEPHUS MARIANUS A CONCEPTIONE VELLOSO.

SERENISSIME

BRASILIÆ PRINCEPS.

TU mihi, Tu Phœbo longe formosior ipso,
Vel cum Delon adit maternam & per juga Pindi
Incedit molli redimitus tempora lauro,
Adsis, magne Puer, spes o suavissima gentis
Lusiadum, flexo quem jam nunc poplite adorat
Brasilia, atque arcum Domino pennisque decoram
Versicoloratis demittit cernua frontem,
Adsis o! vatemque oculis, vultuque benigno

Res-

Reſpice moerentem aflictum, inluctuque jacentem,
Et jam nunc votis miſerorum aſſueſce vocari.
Talibus auſpiciis juvat ire, & Braſila rura
*Inſpicere * * **

Joſephus Rodericius.

DE CULTURA RADICIS BRASILICAE.

LIBER PRIMUS.

BRasiliae populis concessam munere Divum
(a) Radicem, unde suis victum providit alumnis
Terra parens, canere incipiam; ignarosq: misertus
Agricolas, plantae primum qui cultus habendae
Conveniat, tum quos radix adolescat in usus,
Dicam; atque Aonio peregrinas vertice Musas
Mecum in Brasiliae saltus, atque horrida lustra
Deducam. (b) Faveas, sacri pars magna senatús
Didyme; qui, cum bisseni, clarissima mundi
Lumina, consulerent summis de rebus agendis,
Dividerentq; sacris lustrandum ritibus orbem
Terrarum inter se Patres, sortitus adustos
Aurorae populos, caelestem Orientis ad oras
Lucem invexisti; nemora inde in vasta latentis
Brasiliae, ut fama est, penetrans, radice reperta
Diceris annonam genti, legesq; dedisse.
Húc ades, & tua si (c) vestigia pronus adorat,
Brasiliae qui rura colit, tua dona canentem
Dirige: nam, duce te, nostrae feliciter ibunt,
Sit quamvis implexa via & salebrosa, Camoenae.

(a) *Propositio operis.*

(b) *Invocatio S. Thomae Apost. quem in Brasiliam penetrasse, &* Maniocae *repertorem fuisse, fama est apud Brasilianos constantissima.* Vide Vasconc. Chronic. Brasil.

(c) *Ejus pedum vestigia rupibus impressa esse, & variis in locis conspici perhibent.*

Braſiliae quondam populi nec ſemina campis
Aſſueti dare, nec terram exercere colendo,
Errabant arcu inſtructi, longiſq: ſagittis, (a)
Quemq; ultro fors objiceret, per inhoſpita victum
Quaerebant nemora, & pomis pinguiq; ferinà
Vivebant: non panis erat tunc cognitus uſus,
Atque omnis Cereris cultus ſine honore jacebat,
Donec ope ac monitu Thomae *Mandiva* reperta eſt;
(b) *Mandiva* ante alias memoranda arbuſcula plantas,
Cujus alit radix homines, frumentaq; ſupplet
Nam frumenta (ferax alioquin) terra negavit.
Trunco illa eſt gracili, nodoque in plura frequenti
Brachia ſe fundit: ſuprema in parte vireſcunt
Inciſae in radios frondes, atque ordine pulcro,
Ceu totidem ſtellae, ramorum extrema coronant.
Ipſa ſuis etiam ſe floribus induit; at non
Hinc ullos edit fructus: radicibus unis
Dives, opeſque ſuas alta tellure recondens.
Jamvero radix (*Maniocam* nomine dicunt)
Illam ipſam praefert, quam paſtinaca figuram (c),
Mole tamen ſuperat; nam, pro ratione locorum,
(d) Palmos longa duos, & tres aliquando; maligno
Rure eadem palmum & ſemis vix creſcit: adultae
Cum roburq; ſuum, conſtanſq; acceſſerit aetas,
(e) Aequat robuſti juvenis bene craſſa lacertum.
(f) Singula radices fundunt virgulta quaternas;
Interdum & quinas; ubi tellus optima, ſenas.
(g) *Mandivae* genus haud unum: pene omnibus idem
Et

(a) *Longiſſimis ſagittis & immani arcu Indi Braſilienſes utuntur; quem remiſſum ferunt: at, cum opus eſt, ſumma celeritate alteram ejus extremitatem terrae applicant, alteram ſiniſtra manu adducunt; tunc ſiniſtro genu terrae obnixi, ſagittam vi tanta emittunt, ut bovem, vel quodvis aliud vaſtae molis animal trajiciant, atque interimant.*

(b) *Frutex ipſe dicitur* Mandiva; *ſola radix vocatur* Manioca.

(c) *Radicis forma.*

(d) *Longitudo.*

(e) *Craſſitudo ejuſdem.*

(f) *Radicum numerus in ſingulis arbuſculis.*

(g) *Plures* Mandivae *ſpecies.*

Et color, & facies, quare vix ipſe colonus
Edoctus longo diſcrimina noverit uſu.
Mandibumana (vocant Indi ſic nomine) primas
Obtinuit laudes; fert *Mandibubara* ſecundas;
Tertia *Mandipeba* locum tenet; albicat iſtis
Per medias vena inſinuans tenuiſſima frondes,
Subfuſcóſq; notant alba internodia caules.
In reliquis verò, quarum nec nomina refert
Dicere, nec ſpecies nobis vacat ire per omnes,
Per frondes cauleſq; rubor miſcetur & album.
Pro variis matrum ingeniis, atque indole, & ipſae
Radices variant, nec eas color inficit unus:
His etenim albeſcit cutis extima, ſubrubet illis;
Intùs conveniunt cunctae niveoq; colore, (a)
Multoque imbutae bibulas humore medullas.
Sed jam multa ſatis tironi ſigna colono
Edidimus, quibus & radix Cerealis, & alma
Radicis poſſit genitrix arbuſcula noſci.
Nunc dociles idem, dum caetera perſequor, aures
Praebeat, atque animo capiat praecepta colendi.
Optima radici quaenam ſit gleba ferendae (b)
Quaerendum in primis. Non multum gaudet opimo
Illa ſolo; gracili contra bene provenit agro.
Unde nec irriguas ſibi mollia germina valles,
Argillam nec amant rubram, cretamve tenacem.
Scilicet humiferis quaecunq; in vallibus orta eſt,
(Grandia ni jubeas in pulvinaria terram
Surgere) ſtagnantis lymphae confecta veneno
Langueſcit ſeges: eſt at inemendabile cretae
Ingenium ſolidae, teneris perrumpere fibris
Quam nequeat radix, quae latè ſerpere mollem
Subter tellurem, & ſe ſe diffundere gaudet.
Quà colles modici aſſurgunt, & lenibus auris
Objecti, vel qua plano jacet aequore tellus,
Atque levi ſabulo, & nigra miſcetur arena,
Sparge illam: nec dorſa tamen montana recuſa:
Ne modo culminibus credas plantaria ſummis;
Celſa nimis ſegeti officiunt juga: ſive propinquus
Plus juſto excoxit ſol viſcera, ſive recedens

A ii De-

(a) *Carnoſae ſunt radices, & lecteo ſucco plenae.*
(b) *Quaenam potiſſimum terra* Maniocae *ferax?*

Declivique ſolo elabens nutritius humor
Deſeruit ſtirpes ; infantia germina ſatum
Triſte manet, ſpeſq ; agricolas ſua fallit avaros.
Agrum exerceri nuſquam tribus amplius annis (a)
Permittas : neque enim juſto tibi faenore tellus
Reſpondere poteſt effaeta & languida, quae jam,
Aſſiduos partu crebro perpeſſa labores,
Ter meſſem fudit : ſine, longa per otia vires
Inſtauret, roburq ; prius, viridemque juventam
Induat. Et quoniam immenſas habet ultima ſilvas (b)
Braſilia, intactas vel Deucalionis ab aevo,
Ceſſantis promptum eſt penſare hinc otia campi,
Plantiſq ; exciſo nova praedia ponere luco.
Ergo falce nemus curva, duraq ; bipenni
(c) Dejice, ſed cautè, nam res ea plena pericli,
Arbor inexpertum ſaepe inſidioſa fefellit
Agricolam, atque aliò, quam quò gemebunda tremenſque
Vertice concuſſo promiſerat antè, repente
Corruit, incautumq ; immani pondere preſſit.
Ceſſat opus : ſubito turbantur gaudia luctu ;
Nec laetis jam ſilva fremit clamoribus, alto
Sed perculſa gemit fletu, miſeroque ululatu.
Quare age, non prius impacta ſonet icta bipenni (d),
Quam bis terve oculis luſtrata fidelibus arbor
Indiciis moneat certis, quò vergat, & utram
Pronior in partem proclivi caudice tendat.
Quod ſi recta adeò procero corpore ſurgat,
Ut neutrum queat in latus inclinata videri,
Brachia perpende, obtutumq ; per omnia defer,
Et quorſum excurrat major, circumſpice, ramus ;
Pondere namque illuc toto inclinata recumbet,
Ingentemque trahet gemitu collapſa ruinam :
Vincla tamen pete falce prius, quam ligna ſecuri.
Scilicet annoſae varia inter germina ſilvae
(e) Vimineo generi ſunt quaedam affinia, mirum
Na-

(a) *Poſt tertium* Mandivae *proventum ager ſeneſcit.*
(b) *Immenſa Braſiliae nemora.*
(c) *Silvae excidium.*
(d) *Quommodo vitanda pericula.*
(e) *Vimina Braſilica, vulgò* Cipò, *quibus nemora mirum in modum implicantur.*

Naturae ludentis opus ; nam frondibus orba
Succrescunt , sursumq ; hederas imitata sequaces ,
Mordicus implicitis veniunt haerentia truncis.
Lentities eadem cunctis ; non omnibus idem
Mole tenor : graciles nam quaedam tenuia funes
Vix aequant : quaedam magnorum more rudentum
Crassescunt : cuncta in longum sine lege feruntur ;
Atq ; ubi ramorum tenuere cacumina , rursus
Ad patriam pars vergit humum ; passimque recursans
Silvam pensilibus diverberat aura flagellis :
Pars alios ramos truncosq ; amplectitur errans ,
Maeandrisq ; nemus totum implicat , ac labyrinthis.
Unde videns nemus annosum , mihi cernere magni
Navigii speciem videor , funesque rudentesque
Hinc atque hinc tensos ; & multe cannabe malos
Nitentes aliis alios , ac mutua , nexu
Multimodo , sibi contra Eurum Caurumque ferentes
Auxilia. Haud aliter ventis , ferroque resistit
Instructum nemus arboribus , quas vimina miris
Brasilica implicuere modis , tendentia citrò ,
Ultroque , ac variis silvam firmantia nodis.
(*a*) Nec semel hinc factum , diviso ut caudice truncus
Difficilis ruere , externo suspensus in auris
Auxilio steterit , vanosque eluserit ictus.
Quare falce prius , stringentes robora , nervos
Abscindas : ne forte cadat trabs caedua , parte
Qua nolis , illam nervo in diversa trahente ;
Aut suspensa moram ducat : quod si qua pependit
Viminibus detenta , fugam celer arripe , ne te
Improvisa premat : magnum est (ne temne) periclum
Quin & tuta time , vicinosque effuge truncos
Quamvis illaesos , & nullo vulnere tactos.
Nam caedem alterius non raro ulciscitur arbor
Altera , cui super incubuit , quae concidit ictu
Laesa tuo : (*b*) juvat ergo oculis primum obvia fidis
Robora metiri , atque observare , quibusnam
Pronior incumbat , quae dejicienda bipenni
Arbor erit : tum quae positu opportuna ruinae
Cognoris , modico fac stringat vulnere ferrum ,

At-

(*a*) *Novus inde labor , novumque periculum.*
(*b*) *Ratio multas simul arbores dejiciendi.*

Atque leve infligat, stragis praeludia, damnum.
Tum valido nisu, totaque incumbe securi
Ad princeps; strage involvat quod caetera, lignum.
Illud ubi ancipites nutante cacumine motus
Ediderit; gemituque praeiverit indice casum,
In tuto spectator ades: ruit ilicet ingens
Mole abies, stragemq; orditur: longa cadentum
Subsequitur trabium series, quas nempe ruinae
Proludens, leviter perstrinxerat antè securis.
Namque impar oneri, jam vulnere saucia in illam
Haec ruit; illa aliam (accisam quoque) dejicit, indeque
Ex aliis aliae atq; aliae longo ordine ducunt
Immensam horrendo gemitu atque fragore ruinam.
Nunc ipsi quoque, quod superest, condisce bipenni
Consulere: in media tibi erit passim obvia silva
Mira arbor (*a*) *Ferrum* nomen dixere priores;
Et merito; nam par solido durissima ferro
Eluditque ictus, ferientiaque arma retundit.
Hanc igitur prorsum intactam, illaesumque relinquas.
Namque illam frustra tentaveris, atq; laborem,
Atq: ipsam perdes, nisi cessas ante, securim.
Ecce autem (postquam his monitis imbuta juventus
Grande solo nemus aequavit) jacet omnis, ad ignem
Damnatus silvae altus honor, platanique comantes (*b*),
Aeriaeque cedri, atque immortales *Socopyrae* (*c*),
Et, quod Brasiljae (*d*) nomen dedit, utile lignum;
Quodque colore refert violam (*e*), nigriorq; nec Indo
Concedens ebeno *Cabiuna* (*f*), opobalsama caeso
Cor-

(*a*) *Arbor, quae ob nimiam duritiem* Lignum Ferrum *vulgò appellatur.*

(*b*) *Varia, eaque optima Brasiliae ligna.*

(*c*) Socopyrae *arbores sunt incorruptibiles, ex quibus constructae naves tandiu durant, ut meritò dici possint immortales.*

(*d*) *Lignum vulgo dictum* Brasil, *unde nomen Brasiliae factum est. Itali lignum Reginae appellant, valde utile ob fucum purpureum, qui ex illo extrahitur, pannis & sericis tingendis probatissimum.*

(*e*) *Lignum dictum* Violete.

(*f*) Cabiuna *ebeno non inferior colore, mole autem multo superior.*

Cortice ſudantes *copaybae* (*a*) ; & nomina centum
Barbara, nobilitas ſilvae primaria, regni
Arborei proceres : quorum moleſq ; decorque,
Et conſtans color, & robur durabile, & ipſae
Sunt maculae in pretio : ſed opes, quas optima tellus
Procreat, incertum eſt, incuria gentis, an ipſa
Copia reddiderit viles. Silvam ergo jacentem
Rurſum inſectantur ferro, exſcinduntq ; futuro
(*b*) Nutrimenta igni ramos ; congeſtaq ; magnis
Ligna pyris truncoſq : aptant ; atq : inde domari
Multo ſole ſinunt, donec penetrabilis omnem
Humorem calor abſumat : tum ſubditur ignis
Lignorum ſtruibus, qua parte animoſior Eurus
Aſpirat : vento gliſcit Vulcanus, & altos
Flammarum fumiq ; globos ad ſidera tollit,
Disjectamque avido ſilvam depaſcitur ore.
Ut flammae poſuere, calens a ſtirpe recenti
Vertenda eſt tellus : quo vero id ſidere, noli
Quaerere : nam plantae ingenium, caeliq ; beati
Temperies menſe agricolis dat quolibet anni
Poſſe agere. In primis penetrandum in viſcera terrae
Haud leviter ferro, & nemoris paulo ante reciſi
Quidquid erit reliquum ſerpens tellure ſub ima,
Inde extirpandum (*c*), tum raſtris vertere terram,
Et ſic aggerere incipies, ut mollibus arva (*d*)
Aſſurgant late tumulis, atque aſpera fiant.
At non lege una, nec eadem ponere ubique
Menſura grumos, terramque attollere perges:
Diverſum diverſa modum natura locorum
Poſtulat. in valles ubi tellus preſſa reſidit,
Aut ubi tractus humi ſtagnante uligine circum
Perluitur, triplicem ageſtae telluris acervi
Dodrantem emineant, declivibus undiq ; dorſis;
Ut nec aquae reſides, humiliq ; in valle jacentes
Oſ-

(*a*) Copaybae opobalſamum ſudant valde medicamentoſum.
(*b*) *Caeſarum arborum combuſtio.*
(*c*) *Extirpandae arborum radices.*
(*d*) *Aggerenda eſt tellus, & in tumulos molliter erigenda.*
(*e*) *Tuberum altitudo, ubi tellus eſt humilior, & humidior.*

Officiant plantis, alta quae in sede locatae,
Nec pluviae noceant illis, sed protinus ima
In loca decurrant per lubrica dorsa ruentes.
(*a*) Sin locus editior, tenuive inspersus arena
Obtigerit; fac humo exurgant tubercula palmum
Et semis: basis in duplum sit latior illis,
Laxius ut possit se se diffundere radix.
(*b*) Il ibata igni sint ne intervalla, notato;
Nec temere haec tenta: nam frustra hic semina terrae
Mandabis, studioq; solum exercebis inani,
Dum cruda tellure reses se continet humor,
Ignavumque soli tenet intervenia frigus.
Ne spatiis autem vacuis, passimque relictis
Cesset ager, spatia illa fabae, vilesque faselli,
Aut cucumes, habeante, pandove cucurbita ventre.
(*c*) Sed neque sollicites tractus, quibus altior aequo
Vulcanus se se immisit: namque igne perusti,
Quam sit opus, majore sinus telluris hebescunt,
Nec Cereris quidquam, licet hinc sperare colono:
Est modus in rebus: Cereri regna illa parabis;
Ante tibi justus quae perpurgaverit ignis.
  Interea si forte alio maturuit agro,
Mandivae tibi laeta seges, decerpito ramos (*d*)
Emeritos, arvisque novis nova semina crede.
Sint vero puri soles, axisque serenus (*e*);
Nam plantae nihil est aeque fatale recenter
Infossae, ac pluvium caelum, nimbique sonantes.
Quippe tenax gluten, quod mollibus haeret ocellis
Taleolae, abradens violentus decutit imber.
Unde stuped, gemmas neque trudit surculus; omnisque
In cassum it labor agricolae, spesq; irrita cedit.
Omnia consilio molire: nec insere ramos
Quoslibet, ac sine delectu: imprimisque monendus
Es

(*a*) *Eorumdem modulus, ubi terra est editior, & aridior.*
(*b*) *Spatia ustionis expertia ob cruditatem parum sunt colendo idonea.*
(*c*) *Non minus inutilia sunt loca, ubi pyrae constructae fuerunt.*
(*d*) *Mandivae satio.*
(*e*) *Quaelibet anni tempestas, ut supra diximus, est sationi opportuna, modo non sit pluviosa.*

Es mihi, quicumque Auſtralis rura excolis orae (a),
Ne virgulta ſolo gelidis afflata pruinis.
Infodias: ea vim genitalem funditus omnem
Amiſere, gelu arcanas combuſta medullas.
At neque ſiqua diu truncis exſciſa furentem
Duravere aeſtum, tumulis ramalia mandes.
Eſt quamquam vivax termes, tamen indiget umbra,
Humentique ſolo deponi gaudet, amatque
Telluris dulci recreari frigore matris.
Quare, maturis ubi cum radicibus alta
Avelluntur humo frutices, ex caule reciſas
Materno ferulas (ſatio niſi protinus inſtet)
In grandes cogunt faſces, religantque coloni,
Depoſitaſque ſolo nemora inter frondea ſervant.
Quod ſi noſſe cupis, vigeat ne ac polleat, an jam
Talea marcuerit, totumque exſuta vigorem
Occiderit, facili res exploranda periclo eſt (b).
Cultello reſecans ſuſpectos divide ramos.
Vivit, ad exciſam ſubito cui lactea venam
Gutta ſalit: contra qui nec ſua vulnera ſenſit,
Nec flevit, vixiſſe putes: hic ergo ſaginet
Arva putris, vel alat tibi rejectaneus ignem.
  Ramea tum, delectu habito, virgulta novali
Inſere, nodoſos fruſta in palmaria ramos
Ante ſecans, quae ſic properabis condere terra,
(c) Ut grumis ſummum caput extet, caetera mollem
Deſcendant in humum: neque pones tubere in uno
Plura tribus: ne deficiat radicibus humor,
Et triſtem inducat maciem penuria ſucci.
Tres vero ſic taleolas immitte, trigonum
Ut referant: tumuloque triplex ita conſtet eodem
Surculus, ut ſpatiis diſtent aequalibus, & ſit
Regnum cuique ſuum deſcriptum limite juſto,
Vicinae alterius ne vapulet altera ramis
Olim, cum plantae ſuperas tollentur in auras.

B His

(a) *Quamvis maxima pars Braſiliae hyeme ac frigre careat, ora tamem Auſtralis hyemem fert acutiſſimum, & acri frigore rigeſcit.*
(b) *Facili experimento dignuntur rami inutiles.*
(c) *Ratio, & forma ſerendi.*

His ubi provifum, haud multo poft tempore votis
Refpondere fuis laetus videt arva colonus.
(a) Nimirum exactis bis feptem lucibus, omnis
Surculus in gemmas fe fe induit: omnia circum
Ridere, atque novo late fplendefcere cultu.
At tu radici bene confulturus alendae,
Si fapis, haud fine tam multam fuccrefcere prolem.
Non te forma decens, & compti gloria ruris
Flectat: age, invehere in fobolem, quae plurima nodis
Erupit, luxum reprimens, atque ungue novalem
Sic totam attondens, ut in unaquaque relinquas
Taleola, numero ex omni, duo germina tantum (b).
Haud labor eft teneras digitis eradere gemmas.
Grandior at cum jam ramis adoleverit arbos,
Ferro opus. E medio quoties fe caudice termes
Pinguior effundet, reprimes promptoq: domabis (c)
Luxuriem ferro, fuccumque docebis ad imas
Radices fluere, una fibi quem virga trahebat,
Illis ereptum: quod fi indulgebis, eumque
Sic ramum ire fines, ut tandem vertice prono
Tangat humum acclinis (naturae arcana!) tenaces
Demittit fenfim fibras, terraeque parenti
Injuffis penitufque novis radicibus haeret,
Debitaque infanti *Maniocae* alimenta ligurit.
Ut primum ridebit ager, gemmifque nitebit,
Infpice (nequid non moneam) num tota virefcant,
An fpatiis tibi calvefcant plantaria nudis.
Sicubi rarefcent plantae, fupplere memento (d),
Succedatque ftatim vacuis fac fedibus haeres.
Praeterea curabis agro praetendere fepes, (e)
Quae valeant aditu prohibere armenta, recentes
Ne pedibus plantas conculcent, & fata laeta
Diripiant. Neque tum, quafi fint tuta omnia, ceffa.
Sed magis invigila, fegetemq: invife frequenter.
Quippe alii invadunt culta in plantaria fures,
Quos arcere ullis fruftra conabere feptis.

Vul-

(a) *Poft dies quatuordecim in gemmas erumpunt furculi.*
(b) *In fingulis furculis duae tantum gemmae relinquantur.*
(c) *Compefcenda ramufculorum luxuries.*
(d) *Plantis, quae interierint, novae fubftituendae.*
(e) *Conftruendae fepes.*

Vulgo adnascuntur passimque per ampla lacertae (*a*)
Praedia, lanivomis similes bombycibus, errant,
Terga croco pictae minioque, sed acer edendi
Est illis furor, & numquam sedata libido.
Frondibus insidunt teneris, noctesque diesque
Ad praedam incumbunt, penitusque novalia tondent.
Affer opem fumo plantas suffire juvabit
Sulphureo; auxilium non est praestantius ullum.
Infestam verò quod si nec sulphure gentem
Viceris, heu! nulla segeti auxiliaberis arte.
Amolire malum precibus: pius arva sacerdos
Ritè obeat, recreans lustrali aspergine frondes,
Et sacra legitimis percurrens carmina verbis
Devoveat pestem, totisque eliminet agris.
At multo metuenda magis formica colono (*b*),
Formica, arboribus pecus exitiale sativis.
Quippe ea Brasilicis late dominatur in arvis
Pestis, humum effodiens in subterranea tecta:
Unde frequens se se effundit gens nata rapinis,
Agrestesque expilat opes, atque omnia vastat.
Atque hic miranda innumerae primordia gentis
Expediam paucis, rerumque arcana recludam (*c*).
Aligerae, similes vesparum, saepe profunda
(*d*) Tellure emergunt formicae, uterumque ferentes
Prole gravem, turpi nituntur ad aera motu
Alarum; sed continuò (nam sarcina pleni
Ipsa uteri ad terram trahit, ac descendere cogit
Invitas) recidunt, & humi, quò quamq; tulit sors,
Hìc illic temerè insistunt, spoliantur & alis
Ultro deciduis. Ubi substitit ergo, futuro
Optat quaeque locum regno, leviterque cavata
Telluris facie, modicas sibi construit aedes.

 Hic

(*a*) *Lacertulae plantis infestae.*
(*b*) *Formicae.*
(*c*) *Formicarum genesis.*
(*d*) *In Brasiliae mirandis illud reponendum est, quod in quovis formicarum latibulo inter innumerabiles & formae, & molis vulgaris formicas non paucae reperiantur alatae, & multo aliis grandiores, sive omnibus, cum ad certam aetatem perveniunt, sive quibusdam tantum id concedat natura, ut fucis inter apes.*

Hic parit, hic & alit natos; hic degitur aetas
Prima, ſuo donec jam robore firma juventus
Propagare genus, molirique oppida poſſit.
Tunc coeunt unum in populum, atque immania regna (*a*)
Subter humum condunt, & magnas urbibus urbes
Adjiciunt, domibuſque domos; miro ordine cellas
Diſtinguunt, fora complanant, flexuſque, viarumque
Ambages ſternunt penetralia in intima caecas.
Nulla quies intùs, nulla otia; maxima cuique
Cura penum ſtruere, & proviſa reponere cuncta
In medium: idcirco excurſus in rura frequentes
Exercent, crebriſq; infeſtant arva rapinis (*b*).
Praecipuè teneras *Mandivae* carpere frondes (*c*)
Pubeſcentis amant: nigrum ordine curſitat agmen,
Et ſata compilat: pars inſidet ardua ramis,
Et virides aggreſſa comas concidit, & omnem
Conſternit tractum, & loca latè ſtragibus implet.
Turmatim pars repit humi, dejectaq; parvis
Segmina forcipibus tentat: quaeſita, ferendo
Quae deſunt oneri, vires induſtria ſupplet.
Vi multa obnixae, attollunt fragmenta tenaces
Intra forficulas: momentis ilicet aequis
Librantes, illa in partem moderantur utramque
Ad ſtatices legem. Videt haec, iraque colonus
Nequicquam infrendet; dumque ipſe in pectore verſat
Vindictam, ſegetis populatrix turba virentis
Sub furtis it laeta ſuis, atque agmine longo
Fert ſpolia alta domum, celliſque recondit avitis.
Interea viridem exuitur *Mandiva* decorem (*e*)
Ramos nuda omnes, & triſti ſqualida trunco.
Unde ingens damnum ſegeti: nam protinus ipſis,
Quas alere in primis opus eſt, radicibus humor
Eripitur: nempe ut reparent arbuſta nitorem,
Amiſſumq; decus, totas in frondea vires (*f*)

Or-

(*a*) *Subterranea formicarum regna.*
(*b*) *Earumdem latrocinia.*
(*c*) Mandivae *compilatio.*
(*d*) *Vectura.*
(*e*) Mandivae *a formicis ſpoliatae facies.*
(*f*) *Novae frondes cum magno radicum detrimento.*

Ornamenta vocant , ſuccuſque abſumitur omnis
In vanam pompae ſpeciem , externumq ; decorem.
Diſce igitur vel marte palam , vel perdere fures
Inſidiis , animo retinens , quae multa docebunt (*a*)
Experti agricolae. Pars hoſtem vindice ferro ,
Flammiſq ; inſequitur : nimirum clauſtra ligone
(*b*) Convellunt , caecoſque cavos , & funditus omnes
Perrumpunt cameras. Intùs ſecreta domorum
Apparent reſerata : hic fractis horrea tectis ,
Plena latrociniis : illic cunabula prolis ,
Cuncta patent : trepidae huc illuc , ſurſum atque deorſum
Concurſant matres ; fervet regnum omne tumultu.
Tum verò expediunt flammis undantia ahena ,
Et ſuper invertunt : it largo flumine torrens
Fumidus , & populum fugitantem ac multa timentem
Obruit illabens , & funere mergit acerbo.
Quin etiam face res agitur , turbamq ; fugacem
In medio curſu ſtipulis crepitantibus urunt.
Id moneo in primis : iterumq ; iterumq ; monebo ,
(*c*) Ne fundatrices regnorum (namque per aedes
Effractas multae errabunt) volitare ſinantur ,
Elabique fuga : nam ſiqua exceſſit in auras
Remigio alarum , flammiſque erepta refugit ,
Illa erit , illa novae gentis fatalis origo ,
Unde tuos olim compilent agmina campos.
Pars gentem inviſam fraude occupat , & premit arte.
Ac velut ante urbem cum caſtra inimica locantur ,
Atque arcem oppugnant , arcano tramite tellus
Suffoditur , faetiſque nitrato pulvere foſſis
Maenia quaſſa ruunt , oriturque miſerrima clades ;
Non ſecus ante ipſas alta tellure repoſtas
Formicarum aedes aptatur machina , gentis
Inventa exitio , tubus argillaceus , ante (*d*)
Tabbaci foliis , & olenti ſulphure fartus.
Partem unam oſtiolio committunt ; altera prunas

Pars

(*a*) *Modi varii formicas inſectandi.*
(*b*) *Dirutis ſubterraneis receſſibus enecantur formicae aqua bulliente , vel incenſis ſtipulis.*
(*c*) *Suffocandae in primis formicae alatae , regnorum fundatricis.*
(*d*) *Secundus modus fumo ex tabaci foliis & ſulphure.*

Pars extrema capit ; parvis tum follibus ignem
Sollicitant. Caecas penetrat se fumus in aedes,
Atque omnes subit ambages, camerasq ; per omnes
Commeat, involvens atra caligine turbam
Concursantem hùc atque illuc, & pectore anhelo
Linquentem dulces animas in vortice denso
Sulphureae nebulae ; atque viis ne evadere possint
Occultis, omnem tractum, & loca proxima circum
Mittitur inspector, qui rite observet, an ulla
Sin spiracla, quibus tectorum pervius usus
Det fumo egressum ; tum verò cespite rimam,
Siqua erit, obducat, cunctosque obturet hiatus.
Ergo nec effugium captis, nec jam via fumo
Ulla patet, totamque haurit res publica pestem.
Haud tamen hac gentem penitùs delere rapacem
Arte datum : namque (ut multos tecta illa viarum
Intus habent flexus, caecisque ambagibus arces
Sepositas) nec fumus, odor nec sulphuris acer
Omnia pervadit : quare illuc plurima capti
Pars migrat populi, & notis se condit asylis.
Praedaces igitur consultius egit in hostes,
Particulam quisquis rivo subduxit eunti (a),
Cogens obliquo praedonum in tecta canali
Currere : qua fit iter, delabitur unda, novisque
Ductibus ostiolum subit angustata malignum.
Paulatim obscurae latebrae, abstrusique recessus
Accipiunt inimicum imbrem : tum gurgite inundat
Omnia : spes victis jam nulla salutis, & omne
Dat genus invisum paenas ultricibus undis.
Sunt, quibus indecoris placeat turpissima pacis
Conditio : nam, ne cultos formica per agros
Praedam agat, objiciunt latebrarum limine in ipso
Deciduas frondes, atque ultro pabula ponunt.
Utere, quo mavis, pacto ; modo viribus obstes
Omnibus, & segetem indomito tuearis ab hoste.
Nunc aliis quoque te curis intendere oportet.
Nascentes herbas, injussaque germina campi
(b) Sarculus assidue carpat : ni feceris, alte

Sil-

(a) *Tertius modus. Aqua per canaliculum in subterraneos recessus derivata.*

(a) *Runcanda ter quaterque* Mandiva.

Silvefcet neglecta feges, lateque tenebunt
Arva nothi frutices, herbarumque improba paffim
Farrago plantas ita vincet, & opprimet umbra,
Ut fuperas aegrè capite eluctentur in auras.
Nam quanto eft glebae felicior ubere, tanto
Plura tibi tellus fponte innafcentia fundit
Virgulta: ergo iterum atque iterum farrire memento,
Donec tutetur plantaria firmior aetas,
Et feges adnatis furgat procerior herbis.
Maturae tandem aetatem cognofcere juftam (a)
Si radicis amas, haud quidquam ponere certi
Audemus: plantae fpeciemque, ipfamque locorum
Naturam agricolae obfervent, ufuque magiftro
Omnia condifcant: hac ferius, ocyus illa
Radices veniunt tellure, ut quaeque fenectae
Vel torpet vitio, vel pollet flore juventae.
Mandibumana, notat dubius quam in cortice candor,
Praecox ante alias, habili radice colono
Subvenit, & Cereri infervit femeftris at illi
Annua fac mora fit, (victus nifi cogat egeftas)
Nam vires habet illa fuas, ubi perficit annum,
Proventuque moram haud longam felice rependit.
Non ita feftinant reliquae, nec idonea radix
Proveniet; nifi cunctando folidefcat, humoque
Nutrice, ut minimum, tibi fefqui adolefcat in annum.
Bima quidem ubertim curis refpondet agreftum.
Trima venit multo uberior, tantamque profundit
Vim Cereris, quantam poffint optare coloni.
At magnae tibi fit curae, ne ferius aequo
Avellas ab humo radices: multa fenectus
Scilicet his nocet: annofae nec jam fua virtus,
Nec fuus eft *Maniocae* habitus, fed plurimus intus,
Qui nihil ad Cererem conducit, inutilis humor.
Hoc metuens fegetem obferva, ftirpefque legendi
Inde opportunum certo difce omine tempus.
Sponte ubi deciduis fe frondibus exuit arbor,
Infta operi prius, incipiat quam trudere gemmas,
Et frondere comis feges importuna renatis.
Sin minus, ut vanum foliorum inftauret honorem
Arbor anus, jam non mater, fed dira noverca

Hu-

(a) *Radicum maturitas & tempeftivitas.*

Humorem in frondes omnem derivat inanes,
Stirpibus ereptum. Mitte ergo, ubi ſponte caducis
Illa monet foliis, alacres per praedia ſervos,
Qui ſegetem invadant, & cum radicibus una
(a) Convellat frutices. Tunc pars ramalia cogat
In faſces, nemorumque ligata reponat ad umbram,
Nec non venturae ſationi accommoda ſervet
Pars verò trunco ſtirpes abſcindat ab imo;
In corbes alii imponant; plenoſque caniſtros
Subvectent alii, & tectis cerealibus abdant,
Omnis ubi conſtat Cereri proviſa ſupellex (b)
Radulaque, cupaeque, & praela, & virgea cola,
Et quidquid tales ars exquiſivit in uſus.

Explicit Liber Primus.

DE

(a) *Radicum collectio.*

(b) *Officinae, in quibus ſunt machinae, & omnia inſtrumenta ad farinam ex radicibus conficiendam neceſſaria.*



DE USU VARIO RADICIS BRASILICAE.

LIBER SECUNDUS.

QUem tenerae cultum plantae, quam impendere curam
Conveniat, donec radix adoleverit intra
Tellurem, edocui; varios nunc porſequar uſus
Avulſae radicis humo. Non molle neque ante
Tritum, iter aggredimur: ſed veſtro, Heliconides, imus
Numine: vos mollire viam atque aequare poteſtis.
Matrem ubi tellurem radix avulſa reliquit,
Continuò radenda operamque manuſque requirit
Sollicitas, fibris ne ſenſim tabe ſolutis
Diffluere incipiat; neque enim (molliſſima ſucco)
Incorrupta diu perſtat, vitioque reſiſtit.
Radendi vero ratio non una, nec unus
Eſt modus: e cunctis notum magis accipe, & uſu
Vulgatum. Scamno, quod fiſſum eſt parte ſuperna,
(a) Inſuitur rota, radices corrodere edaci
Ære potens, ut quam veſtit deducta per orbem
Bractea, ceu cribrum, pertuſa atque aſpera multa
Scabritie. Capulus duplex, hinc alter & alter
Hinc, procurrit: ſtant totidem, de ſanguine gentis
Æthiopum, ad capulos ſervi, verſantque rigentem
Uſque rotam. Interea pueri, innunptaeque puellae
Tergora diripiunt radicibus: accipit illas
Jam corio exutas, atque aeri porgit edaci
Villica conſidens ſcamno. Ruit axe voluta
Radula, comminuitque, objectaque pabula radit.

(a) *Manualis ſcobina.*

Inde ſcobi fiſſura viam facit, atque cavata
Arbor eam, ſcamno ſuppoſta, receptat in alveum
Deciduam; donec praelum ſubitura prematur,
Et niveum ſudet, quo large imbuta, liquorem.
Multo ſimplicior reliquis haec machina; ſumptu
Quam modico pones: alias tamen extudit uſus,
Addere qui primis conſuevit multa repertis.
  Qua locuples vehit amnis aquas, trabs magna tereſque
Tollitur a terra ſummi ad laquearia tecti;
Atque rotam tenet ingentem, quam lamina mordax
Veſtiit; in faciem menſae tabulata rotundae
Aſſurgunt circum, vallantque volubile tignum.
Ergo praecipitans pinnis illabitur amnis
Deſuper, & multae verſatile robur aquae vis
Torquet agens circum, atque intra ſepta volutat.
Tunc opus, aethiopum ſerva de gente, miniſtri
Urgent, quiſque ſuam confidens pone feneſtram,
(Namque feneſtrati menſae de margine ſurgunt
Certa per intervalla breves ex ligno obeliſci)
Perque illos mittunt exutas cortice hiatus
Radices, celeri quas radula deterit orbe.
(a) Sunt, qui dentata cogant revolubile lignum
Ire rota: quatuor ſtant circum, mole minores,
Fiſſis impoſitae ſcamis, e terga rigentes
Ære rotae: medio vectem producit ab axe
Quaeque ſuum; denteſque ſui ſunt vectibus ipſis
Extrema in parte. Occurrit, denteſque remordet
Dentibus, interior quae vertitur, orbita: parvae
Inde rotae motum accipiunt, ac protinus omnes
Uno eodemque ſuos deſcribunt tempore gyros.
Adſunt interea ſervi, ſcabriſque rotarum
Haud ceſſant ſtirpes radendas ſubdere dorſis.
Id poſſunt illi, quorum felicia rura
Indigenae recreant fontes, aut advena rivus
E propriore jugo vicina inductus in arva.
(b) At ſi nec perfuſa ſuis ſint praedia limphis,

Nec

(a) *Machina aquaria molendino non abſimilis.*

(a) *Alia machina plurium rotarum* Maniocam *ſimul radentium.*

(b) *Ejuſmodi machinae, ubi aqua deeſt, jumentorum, aut boum, aut mancipiorum opera trudantur.*

Nec facilem poſſis aliunde adducere rivum,
Porrigat oblongum tranſverſim machina lignum,
Quod pede bos pigro, vel tardus verſet aſellus,
Affra vel impellat pubes annixa lacertis.
Ex his diſce vias alias, quas Daedala nuper
Mens reperit; neque enim amplecti vacat omnia vati.
Unum eſt, quod curas inopum miſeratus agreſtum
Adjiciam. Si tanta tibi penuria nummi,
Tamque anguſta domi res, ut ſis ſumptibus impar
Vel modicis, quos ſimplicior ſibi machina poſcit,
Quaere viam ingenio, & quidquid tibi pauper agellus
Fuderit, ad tabulam acclinis, cui radula leves (*a*)
Parva tegat coſtas, affrictibus attere crebis.
Textilibus vero ramenta ſequacia juncis
Include: & (quoniam fabricandis invida prelis
Obſtat pauperies) ea juncina texta, deorſum
Pendula, fac trabe diſtendat grave pondus ab alta.
Raſuram demum exſuccam torrebis ad ignem
Verſando, & ſubitum pones in paupere menſa
Subſidium, quo dira fames ſedetur. Agreſtes
Id faciant inopes rerum, quas flagitat uſus.
Illi autem, quibus ante domi proviſa ſupellex
Eſt omnis, ſervique adſunt operumque magiſtri,
(*b*) Informem Cereris maſſam ſub grandia, textis
Incluſam juncis, immittunt praela: tigillum
Tranſverſum impellunt juvenes, & pectore toto,
Tota vi laterum bis terque quaterque fatigant
Immanem trochleam, ſpiriſque gementibus inſtant.
En tibi juncturis, plenos dum ſtridula qualos
Praela premunt, niveus liquor effluit undiq; rivis:
(*c*) Quem, ſubtus porrecta, utero capit arbor adeſo.
Fac procul hinc habeas armenta, omnemque volucrum
Altilium gentem, poſitos neque tangere ſuccos
Permittas: namque illa quidem niveoque colore
(*d*) Innataque trahit pecudes dulcedine captas
Potio; mortiferum tamen inſidioſa venenum

(*a*) *Scobina pauperis.*
(*b*) *Humida raſura praelis ſubjicitur ac premitur.*
(*c*) *Liquor elicitus in cavatam arborem ſubter praela porrectam excipitur.*
(*d*) *Liquor hic dulcis, ſed venenoſus.*

Continet ; & fibris ubi peſtem hauſere , furore
Huc illuc actae pecudes per prata feruntur ,
Et gyros agitant crebros (praeludia mortis ;)
Gliſcentique malo niſi protinus ipſe mederi
Inſtiteris , cernes decurſis plurima in arvis
Fúnera : quare , cum vel equus , vel bucula ſimplex ,
Immundive ſues ſucco (ut ſaepe evenit) hauſto
Largiter , incipient totis decurrere campis ,
Affer opem ; neque difficilis medicina paratu eſt :
(a) Quae ſucco nocuit radix , feret ipſa ſalutem
Jam praelo domita elicitoque innoxia ſucco.
Accipe raſurae quantum comprehendere pugno
Dextra poteſt , eſcamque pecus fac ut aegra ſalubrem
Glutiat , invitam cogens diducere malas.
Continuò , in ſtomachum ſimul ac demittitur imum
Offa bibax , in ſe revocat , ceu ſpongia , totum ,
Viſcera qui triſti vitiabat peſte , liquorem.
Inde iterum pecudem compelles pandere rictus ,
Et liquidi , a dulci expreſſum quod arundine , mellis
Infundes pateram ; cujus virtute cieri
Incipiat ſtomachus , vomituque ſalubriter angi ;
Imbibitum donec trahat ejectata venenum
Offa ipſa , in ſtomachum nuper demiſſa , ſuuſque
Ægris reddatur vigor artubus , atque priores
Paulatim vires animans infirma reſumat.
Quod medicas ſi forte manus animalia ſucco
Ebria mortifero effugient , & morte per agros
Occumbent , omni abjecta formidine , menſis (b)
Extinctas adhibe pecudes : non dira veneni
Vis adeo eſt , ut ſe ulterius diffundat , & ullam
Praeterea pecudis contagem in carne relinquat.
Ne vero paſſim epoto pecuaria ſucco
Intereant ; ſint arboreis fac opercula cupis ,
Queis humor lateat , dum fundo ſeſſitet , atque
(c) Multimodos Cereris cremor addenſetur in uſus.
Tum labro cautè inverſo , ne forte ſequatur
Sub-

(a) *Ratio medendi animalibus , quae liquorem potarunt.*

(b) *Pecudum eo veneno extinctarum caro haud nocet ea veſcentibus.*

(c) *Hujus liquoris ſedimen , nempe* Maniocae *flos , valde utile.*

Subſidens pollis, niveum defunde liquorem;
Quem neque projicias in humum, quaſi nullius uſus
Eſſe queat; namque immittem deponere morem
Si doceas, inſons evadet, & utilis idem.
(*a*) Illum ergo capiat vas fictile; Mulciber inde
Caſtiget, donec concreſcat; flamma veneni
Sic vires domitat, vitium ſic excoquit omne,
Ut nihil ex priſco ingenio ſit deinde relictum,
Praeterquam ſapor egregius, multumque palato
Arridens. Varios nunc accipe pollinis uſus.
(*b*) In fundo quidquid, defuſo humore, reſedit,
Ad ſolem ſudumque loco curetur aprico,
Perque dies aliquot, vivo de flumine ſumptis,
Purgetur limphis, iterumque iterumque lavetur,
Donec candorem adſciſcat, ſithonia qualem
Nix habet: inde domi bene multis utile rebus (*c*)
Servandum: hanc etenim partem radicis & ipſe
Commendat color excellens, & plurima virtus.
(*d*) In primis potis eſt triſtes depellere morbos.
Seu fluxu infeſto pectus gravis afficit humor,
Seu febris aſſiduae paulatim eſt flamma medullas;
Ægroti hoc capiant pulmenta ex pulvere: peſtem
Illa domant, aegris ſenſim medicantia fibris.
Braſilicis utinam in Latium veheretur ab oris
Tam praeſens medicina! Utinam tibi, maxima Roma,
Copia cui tanta eſt rerum, quibus uſus, opuſq; eſt,
Afforet hoc quoque praeſidii, quo plurima, credo,
Morborum monſtra obrueres, quae vincere nulla
Arte tui poſſunt, notisque Machaones herbis.
Vos autem, o Socii, communi turbine mecum
Abrepti, ac dominam tam longa per aequora in urbem
Advecti, peregrina premunt quos ſidera, caelumq;
Inſuetum exagitat morbis, & funere crebro,
Vos minus opprimeret, nec tantos ſtragis acervos
Ederet, inſano exultans Libitina furore;

Co-

(*a*) *Idem liquor ad ignem addenſatus venenum ammittit & optimum habet ſaporem.*

(*b*) *Maniocae cremor, vulgo* Tapioca *dictus quommodo curandus?*

(*c*) *Ad multas res utilis.*

(*d*) *In primis medicandi vi pollet.*

Copia si medici vobis hic pulveris esset,
Nam, nisi me fallo, foret ille potentior omni
Paeoniae succo, atque salutiferae panaceae.
Verum audi, quae praeterea sit pollinis huius
(a) Utilitas: illum pistrix pagana subactum
In varias properat formando aptare figuras;
Et nunc in tubulos, nunc parvos fingit in orbes,
Atque alias, alliasque inducit villica formas.
Tum verò niveas quadras orbesque capaci
In pelvi lentum motando durat ad ignem:
Perfectosque igni expediens, in crusta reponit
Matutina, & heris servat, seu lacte recenti,
Sacchara cui pugno fuerint prius addita pleno,
Sive Americano malint intingere succo.
(b) Sed cave abutaris praestanti pollinis albo,
Atque illo, quasi cerussae medicamine, demens
Inficias vultum, ut faciunt pleraeque (pudendum
Proh morem!) hoc tegit indecores anus improba sulcos,
Rugarumque vias: hoc Thestilis ora manusque
Imbuit, ante cutem sole infuscata maligno,
Mentitoque procis imponit callida vultu,
Et cogit miseros (indignum!) flere Menalcas.
Quid, quod & intonsi juvenes comptaeque puellae
Fucandis adhibent pollen Cereale capillis,
Praeque illo Cyprii contemnunt pulveris usum?
Nos vero has hominum curas mittamus inanes,
Et, quae instant, Cereris pensa interrupta sequamur.
Expressus postquam praelis torquentibus omnis
Humor erit, raris sit curae incernere cribris
(c) Rasuram: pecori, cristatarumque volucrum
Objicies furfur, gratissima pabula, genti.
Deciderit vero quae selectissima moto
Pars incerniculo, in pelves mittatur ahenas,
(Fictilibus supple, si desit ahena supellex)
Quas superimpones altis fornacibus, igne
Supposito: interea famulae Cererisque ministrae
Crebro agitant, fundoque cient fumantis aheni
Rasuram: cui nulla quies, mora nulla labori;

Ne

(a) *Alii usus.*
(b) *Abusus.*
(c) *Esculentae farinae conficiendae ratio.*

Ne forte in cruſtas coeant ramenta, vel ignem
Immodicum accipiant penituſque ambuſta nigreſcant.
Haud ceſſant igitur, donec jam torrida juſto
Igne Ceres, graniſque adeò digeſta minutis
In menſam, vel fictilibus congeſta, feratur,
Vel variè pictis minio atque croco calathiſtis.
Ecce autem (extremo quae Sinae Oriente laborant
Argilla ex nivea, minioque auroque linentes)
Fictilia importat, calidoque undantia jure
Apponunt famuli menſis: accumbitur, & jam
Convivae ſe ſe accingunt, Cereremque recentem
(a) In jus conjectam ſubigunt, inſtarque polentae
Dilutam pro pane adhibent; quo, lance repoſtam
Vel bubulam vel edunt piſces: at caetera, ſiqua
Inde ſupervenient, obſonia ſimplice ſumunt
Cum ſcobe congeſtae Cereris. Verum inter edendum
Attentè invigila, cum menſe accumbis honeſtae
Conviva, ut Cereris tractes dexterrimus arma.
Turpe & inurbanum eſt vel ſummis tangere labris,
Quo capta in buccam injicitur raſura, metallum.
Namque omnis lance ex una calathove corona
Raſuram capit: hinc ſiquis cochleare momordit,
Et rurſum in Cererem communem immiſit, id omnes
Execrantur, & incipiunt avertere vultus,
Atque indignari, e pollutam horreſcere menſam.
(b) Ergo ſcobem acceptam cochleari libret, & inde
Jactet in os vi certa manus, legemq; modumq;
Sic norit ſervare, ut nec longe erret ab ore
(Ne Cererem ſpargat, coetu ridente) nec ori
Vicinum nimis accedat Cereale metallum.
Si tamen accedet, labiumque attinget, (ut uſu
Saepe venit) prius in calathum ne immittere pergas,
Quam ſemel atque iterum tergas, mappaque repurges.
(c) Sordidum & agreſte eſt raſuram apprendere pugno,
Et jacere in buccam, ut ſuerunt Indi Æthiopeſq;
Quiſquilliaeque urbis reliquae, & faex infima vulgi.
Quamquam etiam ſua dexteritas, ſuus eſt lepor illis;
Quip-

(a) *Ea farina fervente bubulae vel piſcium jure diluitur, & ſic diluta pro pane adhibetur.*

(b) *Siccam farinam edendi modus.*

(c) *Ruſticus farinam edendi modus.*

Quippe tribus Cererem capiunt, & in ora prehenſam
Conjiciunt digitis: neq; tangunt labra, nec ulla
Mica perit ſcobis injectae, quamquam eminus illam
Impete mota manus, jactuq; celerrima mittit.
Hoc pacto Æthiopee Indique, ignobile vulgus,
Radice in Cererem obtrita veſcuntur: at eſu
Sordidior multo eſt potus, cui turpiter ipſi
Indulgent: radicum etenim ſeponere partem (a),
Ac Cereri abripere, & Bacchi convertere in uſus
Conſuevere: Indos praeſertim haec dira bibendi
Inceſſit rabies, & ad ipſos fera nepotes
A gentis fluxit majoribus. Horrida viſu,
Olfactuque cano: vos ſacro in vertice Pindi,
Aonides Divae, beneolentes carpite frondes,
Et purgate auras, & triſtem vincite peſtem,
Deficiat ne vatem animus tetrum inter odorem.
(b) Radices igitur (namque omnis cura laborque
Unis defertur vetulis) tellure recenter
Avulſas anus informis, multumque Celaenus
Harpyae ſimilis grandem demittit in ollam;
Donec eas domitet ſubjector Mulciber igne.
Inde aliae, cultuque pares annisque miniſtrae,
Monſtra horrenda, quibus caries in corpore toto,
Et dira illuvies, aſtantes dolia circum
Fictilia, ore ſecant, penitus jam dentibus orbo,
Fruſtatim ſtirpes: & fruſta immixta ſalivis
Immundis regerunt in terrea vaſa; cadoſque
Jam plenos tuguri ſecreta in parte reponunt,
Dum liquor incipiat clauſis fervere diotis
Spumeus, & fauces graveolenti pungere acore.
Atque hoc nectar erat, quo non juncundius ullum
Braſiliae populis: hoc ſcilicet ibat in orbem,
(c) Hoc inter fremitus, atque horrificos ululatus
Largiter effuſum hauribant, cum publica pagus
Feſta dabat. Sed nuſquam alibi ſolemnior uſus,
Vis major nuſquam, atque immundi copia Bacchi,
Quam

(a) *Vino ex Braſilica radice confecto valde ſunt dediti aethiopes; Indi vero Braſilienſes multo magis, a quibus & repertum fuit.*

(b) *Immunda ejus vini conficiendi ratio.*

(c) *Immodicus ejus uſus apud barbaros Braſilienſes.*

Quam circo in magno, quoties de more triumphum
Dux ageret patrio, & mactato pafceret hofte
Excitam ad pompae fpectacula barbara turbam.
Namque id moris erat genti, fanćteque receptum,
(a) Ut bello captos magnis clamoribus hoftes
Ad pagum traherent, manibus poft terga revinctis,
Atque faginandos mandarent matribus, aevo
Provectis. Illae inclufos in carcere tetro
Nutribant, in hara veluti cnm villica pafcit,
Procuratque fuem filiquis & furfure, donec
Pinguefcat: vafto qui poftquam eft corpore, & imum
Ventris aqualiculum trahit aegre, abdomine tardus,
Tum demum fufo ponit cum fanguine vitam.
Illa operi fe fe accingit, glabratq; fecatque,
Atque veru partem figit torretque recentem:
At coftas fale conditas, & cum pede pernam
Provida feponit, totumque refervat in annum:
Haud aliter vetulae morti devota futurae
Quaefitis epulis miferorum corpora curant.
Quae fimul atque adipata fatis, menfisque nefandis
Apta vident, vinum accurant: fervetque pudendi
Bacchi opus: inde dies pompae condicitur: adfunt
Pennigeri proceres, & nudum corpora vulgus.
Quaque ingens, pagum ante ipfum, patet area, circum
Denfantur, viridique fuper confiditur herba
(b) Interea infelix e carcere victima prodit,
Cincta latus fune oblongo: comitantur euntem
Hinc atque hinc juvenes, funem in diverfa trahentes;
Ne tentare fugam, aut alio divertere poffit.
(c) Pone fequuntur anus, Baccharum more furentum,
(d) Nudae atq; argilla depictae membra rubenti,
(e) Horridaque obfcoenis geftantes cingula mammis,

D Queis

(a) *Capti hoftis, ante faginati, in circo occidendi ritus, & ceremoniae.*

(b) *Captivi hoftis ad circum euntis apparatus.*

(c) *Vetulae vini, & infandi convivii miniftrae.*

(d) *Barbari Brafilienfes nudi penitus incedunt, & quadam rubri coloris creta, Venuftatis gratia, toto corpore virgati.*

(e) *Vetularum infigne baltheus, ex quo pendent eorum dentes, quos ipfae faginarunt, & quorum carnes ad infanda convivia coxerunt.*

Queis occiſorum pendent longo ordine dentes;
Turpe miniſterii ſtemma, atque inſigne nefandi.
Ipſae & Tartarea fundentes carmina voce,
Et luteas pelves, quibus exta atrumque cruorem
Mox capient, baculis pulſantes, orgia ducunt,
Atque incompoſitos torto dant corpore ſaltus.
Subſtitit in medio miſeranda ubi victima circo,
Arboris ad truncum duris religata catenis,
(a) Ipſe (olim bello victor, captoque ſuperbus
Hoſte) manu clavam geſtans, pennisque decorus
Dux medium, magna Procerum ſtipante caterva,
Inſert ſe faſtu inſigni, & reſupinus arenam
Ingreditur, qualiſque alas pavo explicat, & ter
Se rotat in gyrum ac multum ſibi plaudit eunti,
Talis it atque redit, criſtataq; tempora quaſſans,
Circuitu magno ter luſtrat barbarus hoſtem;
Terque ictum minitans, ter parcit, & avius errat,
Atque huc atque illuc fertur, plauſumque theatro
Quaeritat, & placet ipſe ſibi, gradienſque triumphat,
Inde ferox alios alioſque redintegrat orbes,
Et modo crura ferit, modo brachia percutit; atq;
Conſulto, producere amans crudelia circi
Gaudia, fatalem differt ſaeviſſimus ictum.
Tum demum irarum totas effundit habenas,
Atque animis ſe ſe ſtimulans ingentibus heros
Irruit, arrectamque furens in tempora clavam
Congeminat: mixto ſanguis rigat ora cerebro:
Circumfuſae ululant turbae, plauſuque frementes,
Victorem horrendo tollunt ad ſidera cantu.
Ecce autem (ut corvi ſiquam videre jacentem
In campo pecudem, crocitantes agmine nigro
Involitant, roſtriſque petunt, & viſcera nudant,)
Accurrunt vetulae, rapiuntque exſangue cadaver,
Atque in fruſta ſecant; quae, magno impoſta lebeti,
Suppoſito pars igne coquunt; pars dolia vini
Sordida Braſilici promunt: tum denique menſas
(b) Infandis onerant epulis; fuſique per herbam
Convivae elixo (naturae dedecus!) hoſte

Veſ-

(a) *Gloria occidendi hoſtem ſaginatum ei Duci debetur, qui eum captivum duxerat.*

(b) *Execranda convivia & compotationes.*

Vescuntur: cyathisque immanibus ordine Bacchus
Ducitur: interea clamoribus assonat aether,
Quos ciet horrificos inter carchesia pagus.
Hoc genti fuit ingenium moresque, priusquam
Pulsa superstitio nigro caput abderet Orco.
At Christo lustrata, sacrisque imbuta Latinis
Quae pars cunque fuit, quamquam ejuravit aviti
Barbariem ritus, vescendique hostibus usu
Horrendo abstinuit creduli que; haud tamen omnes
Dedidicit penitus mores; ardorque bibendi (*a*)
Perstat adhuc idem: seu paganalia fiant (*b*)
Publica, seu ducat taedas nova sponsa maritas;
Sive domus quidquam celebret privata, lagentis
Bacchus adest large effusus, cantusque sequuntur
Absurdi: nempe ut veterem per stagna querelam
Ingeminant ranae, gens importuna quieti,
Sic inter cyathos Indi, sic ante diotas
Noctes atque dies recinunt, ducuntque choreas
Barbarico more: (*c*) interea labor omnis, & omnis
Arvorum cultus late silet, armaque cessant
Rustica; & inde fames atque ultima prodit egestas.
(*d*) Paupertas haud tanta illis heroibus olim,
Horrida qui Nilum ad magnum deserta colebant
Abstracti a curis hominum, rebusque profanis,
Quantam Indis innata parit soccordia, mensque;
Desidia torpens, penitusque improvida rerum.
Stramineas habitant casulas: hìc pensilis extat,
Vili ex gossipio textum miserabile, lectus.
Ornatus vero insignes atque ampla supellex
Lunata cum falce ligo, ferrumque bipenne;
Vas Cereris modicum, immanis Bacchi amphora; & ingens
Potando patera; in partes, quam sufficit illis,
Fissa duas, tales quaesita cucurbita in usus:
Sed nos, incaepto desunt quae pauca, canamus,
Extremumque super vesca radice laborem

(*a*) *Multum etiam indulgent vino Brasilico Indi Christiani.*
(*b*) *Crebrae compotationes, & barbari cantus non solum publicis paganalibus, sed festis etiam privatis.*
(*c*) *Indorum desidia.*
(*d*) *Summa eorumdem paupertas.*

Tentemus. Juncos inter qua immota paluſtres
Limpha jacet, ſtagnantis aquae demergit in ulva
(a) Villica radices; quas ſeptem ſolibus humor
Macerat ignavus, donec coenoſa medullas
Uligo vitiet, triſtique infamet odore.
Jam prope tabeſcens & fibris pene ſolutis
Extrahitur radix; tum, cortice nuda, prementi
Subjicitur praelo, donec liquor effluat omnis.
Inde intra magnos, mortaria Braſilia, truncos
Piſtillis illam tundunt immanibus: aevo
Florentes bini juvenes, binaeve puellae
Singula compoſiti ſtant ad mortaria, opuſque
Calloſis urgent manibus, largoque madentes
Sudore, ad numerum multa vi brachia tollunt,
Alternantque ictus: ſonitu tremit, ac gemit omnis
Angulus, & late circum loca verbere plangunt.
Piſtillis poſtquam radix evicta ſonoris
Ceſſit, & in partes abiit reſoluta minutas,
Has raro incernunt cribro; tum denique flammis
Subjectis torrent, Cereriſque hinc optima promunt
Munera. Nunc ego quid memorem, aut qua laude cremorem
(b) Extollam, mollita creat quem uligine radix,
Egregia morbos contra virtute potentem,
Praeſidium vitae, & ſuperum mirabile donum?
Radicem haud praelo torquent; ſed protinus, ulvae
E caeno eductam multoque humore fluentem,
In ſole exponunt, & aperti ad luminis auras
Afferibus ſuper extendunt, dum ponat odorem,
Humoremq; omnem: tum pilas tunditur intra
Roboreas; cribro inde incernitur: excidit albus,
Qua via fit cribri per parva foramina, pulvis:
Quem magni facias, multis quippe uſibus aptum,
Seu quis ab infirmo morbos depellere tendat
Corpore; ſive avido malit ſervire palato.
Illum aut fictilibus condunt, ſervantque ſolutum;
Aut potius limpha ſubigunt, tereteſque rotundant
In cruſtas, (gummem appellant radicis) ad acrem

Quas

(a) *Alia ratio conficiendi farinam ex radice in paludibus macerata.*

(b) *Ex radice in aquis paludoſis macerata cremor optimus, & ad multas res utilis.*

Quas ſolem durant, ac vaſis inde recondunt
Rite inſolatas. Ergo, cum poſtulat uſus,
Depromunt, piliſque terunt ea cruſta; cremorque
Ille quidem tener, affiniſque ſiliginis albae,
Pulvere ſacchareo mixto, atque recentibus ovis,
Largiter infuſo lacte addenſatur ad ignem:
Pulmenti genus, apponi quod Jupiter ipſe
Optaret ſibi, nec ſuccum praeponeret illi,
Divinae ſuccum ambroſiae. Lectiſſima natis
Praeſertim, quos depellunt a lacte, parentes
Nutriceſque parant hinc pulmentaria, victus
Dulce rudimentum; atque illa dulcedine captus
Paulatim deſiderium deponit, & ipſas,
Supplementi avidus, jam mammas reſpuit infans.
  Vi medica in primis, qua non praeſentior ulla (*a*),
Mira viget gummis: ſive imbrem ſanguinis ore
Incipias vomere, & tuſſi vexere febrique,
Sive abſumaris laeſis pulmonibus aeger,
Inde tibi auxilium, & facilis medicina petatur.
Ilicet infirmos virtus infuſa per artus
Fraenabitque mali curſum, peſtemque fugabit.
(*b*) Senſi egomet, gummis quid praeſentiſſima poſſet,
Quidque opis afferret vitiatis optima fibris.
  Eſt in receſſu longo ſinus; intus ad undam
Surgit, planitie in magna lateque patenti
(*c*) Urbs formoſa, potens opibus, tutiſſima portu;
Namque, ipſo introitu, dorſis immanibus altae
Hinc atque hinc extant rupes, geminique minantur
In caelum ſcopuli; quorum qui vertice ſupra eſt (*d*),
Sacchaream referens & forma & nomine metam,
Quaeſita oſtentat cupidis procul oſtia nautis.
Aſt urbi nomen factum de nomine clari
Marte Ducis, qui pro Chriſto confoſſa ſagittis
Membra ferens, pulchra emeruit per vulnera palmam.
Prae-

(*a*) *Ejus virtus contra morbos, eos praeſertim, qui pectus afficiunt.*

(*b*) *Ipſi auctori quondam graviter aegrotanti cognita & perſpecta.*

(*c*) *Sebaſtianopolis, alio nomine* Fluvius Januarius.

(*d*) *Scopulus omnium altiſſimus in oſtio Sebaſtianopolis* Meta Saccharea *dictus.*

Praerupto impofitae monti tibi, Cantaber Heros,
Stant aedes, humilemque adfpectant defuper urbem.
Hic Sophiae ftudiis juvenili ardore vacabam,
Cum pallor vultu infolitus, membrifque fuprema
Infedit macies; accefferat afpera tuffis,
Paulatimque febris carpebat lenta medullas.
Nil mihi Paeonii latices, herbaeque potentes
Profuerunt, vicitque malum praefcripta medentum
Omnia: depofito jam multi trifte canebant
Funus & inftantem, jamque ipfo in limine mortem.
  Villa fuit, non urbe procul, juxta aequoris oram,
Affurgens molli clivo, laetiffima fedes,
Quo fe Ignatiadae juvenes conferre folebant,
Atque ftatis animos vacui inftaurare diebus,
Palladiae feffos curis ftudioque paleftrae.
Huc feror: hic jubeor tandem, fors fiqua tuliffet,
Tentare auxilium, atque aliquam fperare falutem.
Tunc mihi nefcio quis, jamdudum expertus & ipfe
Miram gummis opem medicae, virefque potentes,
Hortator fuit, ut facili medicamine vitae
Confulerem; edixitque modum, monftravit & ufum.
Mane igitur cruftam attritam, cum lacte recenti,
Sacchari arundinei cum flore, tribufque vitellis
Verfabat puer exigua mihi doctus in olla
Ad tenuem fenfim donec concrefceret, ignem.
Interea e ftratis, cum jam lux alma feneftram
Colluftrans, tenui radio conclave feriret,
Surgebam, medicaeque explebar nectare pultis.
  Hujus ope, ac villae hofpitio coeloque benigno
Paulatim tuffis febrisque evicta remifit.
Tum demum manifefta fides: patuitque falubris
Vis gummi virtufque potens: mihi namque fereno
Ore palam fe fe, claraque in luce videndam
Exhibuit formofa Salus; quam mille fequutae
Laetitiae, rofeis redimitae tempora fertis,
Hinc atque hinc lateri haerebant, Roburque Vigorque
Atque Valetudo ridenti ftrenua vultu.
Salve, o Diva potens, falve o fuaviffima rerum:
Ut te poft longa invifi faftidia morbi
Accipio laetus! ridere en cuncta repente
Adventum mihi vifa tuo: dolor omnis, & omnis
Moeror abit, laeta fuccedunt gaudia fronte.

Sis

Sis felix mihi, ſisque comes fida, & bona mecum
Semper eas, neq; te caſus mihi ſubtrahat ullus.
Sic fatus curas, atque intermiſſa reſumo
Arma, & Palladiae reddo me laetus arenae.
Ac rurſum colles, dilectaeque otia villae
Cum ſociis repeto, & vacuis in rure diebus
Mentem inſtauramus redituram ad penſa Minervae;
Hic exercemus conſuetis corpora ludis.
(a) Pars agitare ſolo ſphaeras, tornatile buxum;
Et modo radere humum, modo ferre per aera plagam,
Et petere oppoſitam clamoſo pyramidem ictu.
(b) Pars intra tecta, oblongae ſuper aequore menſae,
Et tudite & tereti certamen inire elephanto.
Per gelidas alii valles, & amoena vireta
Captare aeſtivas auras, zephyroſque ſalubres.
Heu valles! umbra valles & frigore dulces!
Heu pulcri colles! heu villae rura beatae!
Vos ego longinquis adeo regionibus abſens
Suſpiro, ac memori percurro mente: ſupremum
Hunc miſeri gemitum accipite, aeternumq; valete.

Explicit Liber Secundus.

DE

(a) *Metae Ludus.*
(b) *Ludus tudicularis.*



DE CURA BOUM IN BRASILIA.

LIBER UNICUS.

Rursus, nescio qua ruris dulcedine captus
Arva peto, agresteſque iterum tractare labores
Accingor. Cererem tenui deduximus ante
Carmine Brasilicam; nunc informare bubulcos
Fert animus. (a) Dicendum igitur quaenam optima bobus
Pascua; bucolicis quae cura gerenda ministris,
Et quae pascendi ratio; quae denique pestes
Armentum infestent, & qua ratione domandae.
At cujus nunc auspiciis & numine malim
Incipere? ille quidem nostrae haud regat orsa Camoenae;
Quem fama est quondam Admeti pavisse juvencos
Amphrysi magni ad ripam, formosus Apollo.
(b) Tu mihi, tu Phaebo longe formosior ipso,
Vel cum Delon adit maternam, & per juga Pindi
Incedit molli redimitus tempora lauro,
Adsis, magne puer, spes o suavissima gentis
Lusiadum, flexo quem jam nunc poplite adorat
Brasilia, atque arcum Domino pennisque decoram
Versicoloratis demittit cernua frontem,
Adsis o! vatemque oculis, vultuq; benigno
Respice moerentem afflictum in luctuque jacentem,
Et jam nunc votis miserorum assuesce vocari.
Talibus auspiciis juvat ire, & Brasila rura
Inspicere, ac bobus prata opportuna creandis

Op-

(a) *Propositio.*
(b) *Invocatio Serenissimi Brasiliae Principis.*

Optare. (a) En, ut ſe latè diffundit, & agros
Vaſta aperit tellus; quos poſſeſſore vacantes
Quiſque ſibi capiat prior, atque acquirat inemptos.
At tu, quicunque es, cui ſunt pecuaria cordi,
Armentoque operam, curamque impendere geſtis,
(Ne ſero erroris, ſi forte incommoda prata
Nactus eris, te poeniteat) praediſce, quid obſit,
Quidve juvet, faciatque tuis rationibus, ante
Tecum multa putans animo, quam paſcua fundes.
In primis ſint illa urbi vicina frequenti;
(b) Pluris enim multo armentum venibit, ad urbem
Quod mittes breviore via, cute ſcilicet ante
Curata nitidum, nulloque labore viarum
Infractum; imo tuum crebro nummatus in agrum
Conveniet lanius, qui magno comparet aere,
Abducatque boves ſecum, quos deinde macello
Appendens laceros populo divendat emaci.
(c) At ſi diſtat ager, nimiumque recedit ab urbe,
Armenti pars magna viae conſumpta labore
Interit; a recto pars devia tramite, ſilvis
Effugium quaerit: qui tandem ad moenia pauci
Perveniunt urbana, boves ſquallore ſituque
Deformes, vili pretio vendentur; & ipſe
Feſſus ab urbe domum, vacuus tamen aere redibis.
(d) Omni ope vicinum fugito, qui moribus aſper
Perpetuam rixis cauſam, atque alimenta querellis
Ingerat, infeſtans pacem jucundaque ruris
Otia: nam modo legitimos decreſcere fines
Ille tuos facit, avulſo, qui dividit arva,
Limite: ſubducti modo rivi perfidus agros
In proprios clam torquet aquas; & mactat, & idem
Surripit armento ex medio tibi ſaepe juvencos,
Surreptiſque notas, in tergore bobus inurit
Atque ſuos vocat: hinc lites & jurgia, coram
Judice diſceptanda; quibus ſua jura crepantes

 Cau-

(a) *Vaſta Braſiliae arva, & ab urbibus remotiſſima primo capienti cedunt; non ita, quae urbibus adjacent, aut locis habitatis proxima ſunt.*

(b) *Paſcuorum urbi vicinorum utilitates.*

(c) *Longinquorum incommoda.*

(d) *Malus vicinus vitandus.*

Causidici rabulaeque tuam prius aere crumenam
Emungunt, causae tibi quam victoria cedat.
Praesertim vero ingeniumq; habitusq; locorum
Contemplare; ferat quid terra injussa; salubre
Fundat, an infestum gramen, pecoriq: nocentes
Herbas, quae veniunt sponte infelicibus arvis.
Id quoque curandum, ne prato graminis una
Sit tantum species (a): nam sicut taedia nobis
Esca eadem semper, quamquam exquisita, facessit,
Sic pecus assiduo gramen fastidiet usu
Semper idem: varias igitur curemus ut herbas
Prata ferant, diversa boves ut pabula carpant.
(b) Hinc habeant (alioqui autem planissima) colles
Arva suos; molles enim amant conscendere clivos
Armenta, & varias tondere in collibus herbas;
Exiguisque fricant, quas tellus edita vulgo
Offert, arboribus costas, gaudentque jacentes
Despicere in campos alto de colle juvenci,
Lascivoque iterum in valles descendere saltu.
(c) Sint quoque camporum diffusa per aequora passim
Silvulae inumbrantes, quò se pecus abdere possit,
Frangat ut aestivos nemora inter frondea soles.
(d) Inspice, num campos locuples interfluat amnis,
Qui potum armentis, alimentaque praebeat herbis.
Si nec vicinis e montibus advena rivus,
Indigenae nec erunt fontes, quod terra negavit
Difficilis, quaere arte vigil, passimque latentem
Et cupidam e latebris prodire ad luminis auras
Venam investiga. Phaebo nascente revises
(e) Matutinus agros, & sicubi fumida parvam
Eructabit humus nebulam, indubitabile limphae
Indicium latitantis habes: age, Naiada coelo
Ostende, effossoque solo, structaque lacuna
Include, & scatebris armento suffice potum
Perpetuis. Quod si nusquam reperire potestas,
Atque alta ex terra nativam educere venam;

Cons-

(a) *Habeant pascua diversas graminum species.*
(b) *Sint plana; sed aliquot habeant parvos colles.*
(c) *Et frequentes silvulas.*
(d) *Fontibus & amnibus abundent.*
(e) *Indicium aquae latentis.*

Conſtrue piſcinam, quò miſſi e nubibus imbres
Cogantur; fundum illimi curabis arena
Sternere, vel puris, quos fert maris ora, lapillis,
Ne mala grex potet lutulentis toxica limphis.
(a) Sint & qui dulci madeant uligine tractus;
Namque udae telluris amant tondere juvenci
Virgulta, & molles juncos, & vimina lenta,
Et quotquot vulgo frondes humore creantur.
(b) Sed reſides vitabis aquas, ubi rana coaxat:
Quippe auras vitiant, pecorique infeſta, paludes
Torpentes pingui generant animalia limo,
Exceptoſque imbres in prata jacentia circum
Effundunt, morbos important, gramina perdunt.
O! tibi ſiccandis lacubus, pigriſque vehendis
In pontum limphis ſi fata modumque viamque
Monſtrarent! quae nunc limus ranaeque loquaces
Regna tenent, quid ni veſtita recentibus herbis
Graminibuſque tuos alerent uberrima tauros?
Res ea difficilis quamvis ſit & ardua factu,
Tu tamen hanc Spartam tenta; labor omnia vincit.
Paſcua nonne vides pulcram prope *Fluminis* urbem (c),
Quae nuper miſeri fato amiſere coloni,
Ut pecori laeta, atque herbae foecunda, lacunis (d)
Exhauſtis, vireant? vos, quae felicia rura
Alluitis rapido (e) Ganduſi flumine, Nymphae,
Dicite, quid nuper fuerant haec arva, paluſtri
Cum penitus tegerentur aqua, coenoque profundo
Obſita ſquallerent: qua ſegnibus arte lacunis
In mare vicinum via facta, quibuſque repertae
Auxiliis terrae, & nova tauris condita regna.
Qui nunc herbeſcunt tam laeto gramine campi,
Ante nihil niſi limus erant, pigraeque paludes.
Scilicet excelſis torrentes montibus acti,
Atque vias nacti faciles per plana locorum,
Stagnabant, qua parte ſolum ſubſiderat; ipſe
Altera cauſa mali Fluvius; namque imbribus aequo

(a) *Sint aliquot tractus uliginoſi.*
(b) *Vitanda paſcua paludoſa.*
(c) Fluvius Januarius *urbs celebris in Braſilia.*
(d) *Celebris alveus fundi Sanctacruſani.*
(e) *Fluvius Ganduſius, eum fundum interluens.*

Auctior, & spondas superans, exlegibus undis
Planitiem camporum humilem condebat, & unum
Omnia tunc flumen, vel erant tunc omnia pontus.
Multae hinc armenti strages, & naufraga passim
Corpora magna boum: per prata undantia latè
Aspiceres pecus infelix deponere dulces
Partim animas nando, partim aegrè tendere contra
Et portum petere, atque aliquam reperire salutem.
Namque erat una salus, & spes morientibus una,
Editior terrae (velut isthmus in aequore) tractus,
Qui mediis extabat aquis, & bobus asilum.
Praebebat, donec riparum in claustra regresso
Flumine, paulatim tellus emergeret undis.
En via, qua damno occursum. Pons saxeus amni
(a) Impositus, quatuor viva de rupe superstans
Arcubus: admittunt bini arcus, usque reclusi,
Pondus aquae justum, cuique alveus ipse ferendo est.
Bini alii nimias, cum res id postulat, undas
Occlusi prohibent, ferratoque obice fraenant,
Et Fluvium revocare gradum, atque recedere cogunt.
Utroque a pontis cornu deductus, & ipsas
Propter iens ripas, hinc atque hinc terreus agger,
Magnae molis opus, longe procurrit, & amnem
Torrentem cohibet, ne succrescentibus undis
Depressas repleat valles camposque jacentes.
At, qua parte solum stagnabat Naiade pigra,
Productae tellure viae, longique canales
Immotis iter ad Thetidem fecere lacunis.
Talibus auxiliis, humili tellure sedentes,
Exactae penitus limphae, penitusque paludes
Siccatae: visique novi se ostendere campi
Pascuaque armentis: en ut se mollibus herbis
Vestit humus, quae nuper aqua cessabat inerti!
Quam felix! quam pingue solum! quam graminis uber!
Usque recens hic herba viret, vel cum aestifer urit
Rura canis; ductus namq; ipsi, haec prata secantes,
Queis resides se se effundunt in Nerea limphae,
Occultis latè venis in viscera terrae
Insinuant dulcem humorem, quo gramina vivunt.

Pe-

(a) *Pons lapideus Gandusio flumini impositus.*

(*a*) Petre, fuit tua laus omnis ; te nulla ſilebit
Poſteritas ; dum ſtabit opus memorabile vives.
Ipſi te campi, teque ipſa armenta loquentur,
Diſceſſu quae moeſta tuo nunc vallibus illis
Triſte gemunt, queruliſque implent mugitibus auras.
Interea ruris nos caetera penſa ſequamur,
Et, reſtant quae multa boum diſcenda magiſtris,
Dicamus. Sit cura faces ſubmittere in arva (*b*)
Sub finem aeſtatis, coelo dum nubila pedent
Imbrifera ; ut tellus venturis humida nimbis
Germinet, ac gregibus nova pabula fundat alumnis.
Ergo niger coelo it fumus, lateque relucent
Arva igni : fugere interea, quae plurima campis
Perrepunt, fruſtraque tueri animantia vitam.
Bufo per incenſos nequicquam ſaltitat agros,
Et quocumque fugit, medios moriturus in ignes
Incidit, ac flammis crepat ; atque hinc creber in arvis
Auditur fragor, haud aliter, quam bellica ſummis
Cum feſtos tormenta ſonos ex arcibus edunt.
Inſequitur pictos eadem fortuna lacertos,
(*c*) Serpentumque genus varium *Caninana*, *Corallum* (*d*),
Et *Jararaca* ferox, & *Succuriuba*, ſonanti (*e*)
Et notus cauda ſerpens, notuſque tapetis (*f*)
Nomine, quampluresque aliae ſine nomine peſtes,
Mille quibus rutilant per ſquamea terga colores,
Nunc caput attollunt, nec non ferale rubentes
Exſertant linguas ; nunc torto corpore ſe ſe
Huc illuc agitant, caudiſque incendia verrunt,

Il-

(*a*) *Molis auctor D. Petrus Fernandes, qui hodieque in Italia degit.*

(*b*) *Uſtio camporum in aeſtate, quae in Braſilia contingit menſibus Decemb. Januar. Februar. Hiems in Braſilia ſolis conſtat pluviis ; quae menſibus Maii, Junii, Julii abundantius ſe effundunt.*

(*c*) *Plurima ſerpentum genera.*

(*d*) *Serpens dictus* corallum.

(*e*) *Serpens dictus* caſcavel, *id eſt* tintinnabulum, *eo quod caudam habeat tinnientem.*

(*f*) *Serpens alius dictus* tapes *quia inſtar tapetis eſt variegatus.*

Illiſmet campis vulcano ultore luentes,
Quidquid mortifero peccarunt ante veneno.
Ut flammae poſuere, ſubit triſtiſſima campo
Ambuſto facies, donec ſquallentibus imbres
Reſtituant ſpeciem pratis: pulcherrima laetis
Graminibus tunc ridet humus, lateque vireſcunt
Paſcua; tunc nitidi ludunt per prata juvenci.
Hoc etiam eniti conſuerunt tempore matres,
Et Lucina inſtat gravibus: vigilate magiſtri;
Nunc opus eſt cura, nam primo in limine vitae
Difficiles morbi, & peſtis non una tenellos
Afflictant vitulos. Ubi foetum vacca recentem
Edidit, invadunt corvi, quos Braſila tellus
Innumeros alit, & roſtris nituntur aduncis
Parvo oculos vitulo effodere, ac niſi provida mater
Obvertens ſe ſe, crebros & cornibus ictus
Ingeminans, natum infeſto defendat ab hoſte,
Excaecant, dulcemque adimunt cum lumine vitam.
Non minus in teneros vaccarum ſaevit alumnos
Muſcarum fatale genus; nam molle vitelli
Abdomen fodicat medium teterrima peſtis,
Progeniemque malam vermes ibi linquit edaces,
Ulcere qui penetrant vel viſcera ad uſque profundo,
Exitiumque ferunt miſero, niſi forte miniſtri
Accurrant, promptoque aegrum medicamine curent.
Ne patere, ut quiſquam (namque id ſollemne bubulcis)
Carmina neſcio quae muſſans, digitiſque figuram
(a) Ter crucis effingens ſuper ulceris ore, caducos
Devoveat vermes: ſit praeſentiſſima quamvis
Haec medicina malo, peſtemque eliminet omnem,
Secretis ne fide dolis, nam forſitan illis
Sub verbis tegit antiquus ſua toxica ſerpens.
Abjectis igitur, quae relligione vetantur,
Auxiliis, ſincera gregi medicamina prome.
Fac ſervi religent aegros ad lignea ſepta,
Excutiantque manu vermes, herbaque ſalubri
Turpe fricent ulcus: tum pinguem ex paupere cornu
Infundant, ricini ſudat quem bacca, liquorem.
Inſpiciant quoque num linguae ſummoque palato

Hae-

(a) *Superſtitio bubulcorum in curando armento vermi-noſo.*

Haerefcat peftis, nam peftem buculus illuc
Invehit adlambens, quae prurit vermibus, alvum.
Nec minus interea fanos includere caulis
Praecipio noctu vitulos, ut mane fequenti
Diftento ad mulctram fuccedant ubere matres;
Nam memores redeunt fera vel nocte, fuosque
Sollicitae quaerunt; & circum lignea clauftra
Mugitus querulos dant accipiuntque viciffim,
Et queftu alterno nocturna filentia turbant.
Mane novo patet ingreffus, ftabulifque reclufis
Sponte fua introeunt atque ubera lacte juvencae
Plena ferunt natis, longi folamina fletus.
Tum quae blanditiae! quae gaudia! matribus ipfi
Occurrunt alacres vituli, matrefque tenellis
Vifae adblandiri; dant ofcula, tergora lambunt,
Et largis praebent manantia flumina mammis.
At miferis durae manus invidet atra puellae
Lactis opem; nam vix primoribus ubera labris
Delibavit hians vitulus, cum villica mammis
Avulfum religat, fimul & mulctralia vaccae
Subjiciens, tumidas palma preffante papillas
Sollicitat, niveo repleat dum cymbia lacte.
Ille dolo fubducta fibi fua munera cernit,
Multa dolens fraudem, defiderioque levandi
Lacte famen vanis conatibus ubera tentat,
Seque huc feque illuc torquet, collumque rebelle
Excutit, incufans blandis fua vincla querellis.
Ergo ubi funt niveo mulctralia plena liquore,
Villica relliquias vitulis dat habere, folutosque
Ad notos una mittit cum matribus agros.
Ipfa operi fe fe accingit, partemque bibendo
Seponens, reliquo confueta coagula lacti
Injicit, inde premit palmis; tum denique preffas
(a) Expedit e formis maffas, tabulaque reponit,
Et capita, infperfo leviter fale, fumma coronat.
Hoc ancilla domi curat, fed rure fuperfunt
(b) Quamplura, armenti penitus curanda magiftris.
Hinc in equis certi affidue rura omnia circum
Difcurrunt, celeres pecori fuccurrere, fiquis

Ca-

(a) *Cafei confectura.*
(b) *Armentariorum munera.*

Caſus erit: gemit hic coeno demerſa profundo
Bucula: rivales illic ſibi vulnera tauri
Cornibus infligunt; hac partum vacca recentem
Obluctans aegrè a corvis defendit iniquis;
Parte alia bos aeger humi decumbit, & herbae
Immemor huc oculos languentes torquet & illuc,
Praeſto ſunt, duriſque ferunt in tempore rebus
Auxilium vigiles, peragrant, qui rura, bulbuci.
Nec non explorant, numquos effuderit altis
Ex ſilvis maleſuada fames in paſcua fures.
Namque latent paſſim nemora inter opaca fugaces
(a) Æthiopes ſervi, qui rapto vivere malunt,
Quam domini dura imperia, & crudelia tergo
Flagra pati: neque conſortes pudet eſſe ferarum,
Seu minus eſſe illis credant feritatis & irae,
Quam dominis; ſeu deſidies inimica laboris,
Ingeniumque ferox habitatas ſuaſerit urbes
Atque domos, nemorum mutare ſilentibus antris.
Unde latrociniis & multa caede virorum
Infeſtare vias, armentaque fundere campis
Conſuerunt. Siqua infamem veſtigia prodent
Hanc hominum faecem, nemoralem accerſere curant
Lictorem, cui jus ſilvis inquirere fures,
Venarique feras bipedes, tractaſque profundis
Ex nemorum latebris ad herile reducere tectum.
Haec quoque bucolicis accedit cura miniſtris,
Ut pagi crebro inviſant plantaria; ſepes
Inde recognoſcant, tutae ne atque undique ſartae
Conſiſtant, pecori an cultos ingreſſus in agros
Parte aliqua pateat; tauros ſata laeta vorantes
Ejiciant, reficique ſtatim ſepimina curent.
Haec bonus armenti cuſtos: alia omnia nequam
Servus agit; duri officii aſſiduique laboris
Pertaeſus, deponit equum, nec obambulat arva,
Sed requiem captat vel molli fuſus in herba,
Vel patulae ſtertens reſupinus ad arboris umbram.
Hinc ruit in pejus res armentaria; paſſim
Intereunt vituli; ulceribus pecus omne laborat;
Collapſae praebent aditum ad plantaria ſepes,
Haud obſervati pedibus ſata culta juvenci

Pro-

(a) *Mancipia fugitiva.*

Proculcant, & cuncta patent adaperta rapinis.
Quare oculis notet ipse suis, & rura frequenter
Visat herus, rectè observans, sua munia servi
Num peragant alacres, an inertes otia ducant.
Tunc etiam molles zephyros auramque salubrem,
Si lubet, herboso considens cespite captet,
Dulcia curarum liquidis oblivia potans
(a) Deliciis, quae ruri habitant: quam pura voluptas
Errantem spectare gregem: sive ubera circum
Colludant vituli, timido seu dente capessant
Gramina; seu fleat ámissum, sua viscera, natum
Errabunda gemens, neque curans bucula gramen.
(b) Hic juncti viridi recubant in gramine tauri,
Et lambunt se se simul, ac dum ruminat alter
Herbam, dente latus socii fricat alter amico.
Illic unanimes pascuntur, & arva juvenci
A rixis odiisque procul communia tondent:
Parte alia magno incensi rixantur amore.
(c) Unus enim stimulat socios in praelia tauros
Impatiens consortis amor. Vix aemula venis
Ebullit venus, ira procos ferale tuentes
Exercet: collisa sonum dant cornua, cervix
Cervicem ferit; alternis gemit ictibus aether.
Ipsa sui causa susceptam foemina pugnam
Spectat ovans, additque animos irasque videndo
Asperat: interea victus fugit alter in altas
Silvarum latebras, ubi multo sanguine manans
Aut mortem subit, aut vitam traducit inultus,
Dum victu revocet vires, hostemque lacessat
Rursus in arma, novo sperans certamine tolli
Posse ignominiam: tenet alter pascua victor,
Proluditque iterum pugnae, & pede scalpit arenam.
Sed tantis ne dira venus turbare duellis
Pergat agros, ferro stimulos compescit amoris
Rusticus, ad censum revocans armenta quotannis.
(d) Sunt caulae ingentes sine tecto aut imbrice; tantum
Circuitu magno, defixis ordine truncis,

 Li-

(a) *Sincerae ruris deliciae.*
(b) *Mutua boum amicitia.*
(c) *Taurorum pugnae ex Zelotypia.*
(d) *Totius armenti ad caulas reducendi ratio.*

Lignorum feries. Ea totum ad fepta reducunt
Armentum, ut trimos poffint caftrare juvencos,
Ignitoque notas vitulis infcribere ferro.
Ergo die condicta operi, fub mane bubulci
Conveniunt omnes in equis curforibus, haftis
Grandibus inftructi dextras; diverfaque turmis
In loca partitis digreffi, cuncta peragrant,
Quam late effufum eft, confinia ruris, & omnes
Excutiunt latebras: in apertum denique campum,
Poft varios equitum atque boum per pafcua gyros,
Armentum cogunt: vitulos matrefque trucefque
Ingenio tauros cuftodia cingit equeftris.
Tum praecedit eques, blandique hortamine cantus
Carpere iter docet; a tergo fimul inftat adactis
Turma equitum ftimulis: confertis cornibus ingens
It globus inter equos: requies nulla inter eundum,
Nec mora; ne pecus, in dulces dum refpicit agros,
Cogitet effugium: quod fi bos transfuga rumpat
Obfidium, & campo liber decurrat, habenas
Flectit equo puer, & ruris per aperta fugacem
Infequitur velox, donec praevertat euntem.
Tum ftimulum objectans a fronte minaciter inftat,
Praecludensque fugam, regredi compellit in arctam,
Unde malus fe fe fubduxerat ante, coronam.
Infanus labor ifte quidem; ne parce labori
Tu tamen infano, &, quamvis tibi fudet anhelus
Jam fonipes, calcarque piger vix audiat (a), urge,
Nec remanere bovem campo permitte rebellem:
Nam tentata femel fi fraus fucceffit iniquo,
Praefracte obfirmat; vifque illum nulla deinceps
Avellit campis, caulae ve ad fepta reducit.
Praeterea docet ipfe alios, multique rebellant
Hoc duce: focordes fic deteriora fequuntur
Vel pecudes exempla, neque unis urbibus ifta
Obrepit peftis, fed & ipfa in pafcua ferpit.
Ad pagi fimul ac ventum magalia, feptis
Includunt armenta fuis; dein corpora curant
Haud modicum, qui reftat adhuc, fubitura laborem.
Mane alii vitulos ferro fignare rubenti

Ag-

(a) *Neque audit currus habenas.* Virgil. Georgic. V. 514.

Aggreſſi : atq ; alter vitulum tenet , alter inurit (*a*)
Stigma cuti , tergoque notas inſcribit heriles ,
Tum medicatque ſino vulnus , lenitque dolorem.
At ſenior capita in cenſum vitulina reducit
Armenti cuſtos. (*b*) Caſtrandis vincla juvencis
Injiciunt alii , validisque ad ſepta capiſtris
Conſtrictos feriunt , & ineptos vulnere reddunt
Ad veneris ſtudia : oblanguent , crudeliaque inter
Vulnera deficiunt miſeri ; ſed ferrea pubes
Aſperat immitem riſuque jocisque dolorem.
Nam ſimul ac ceſſavit opus , vinclisque ſoluto
Libertas permiſſa bovi ; jactata per auras
Veſtimenta volant , irae irritamina : trunci
Ipſi etiam impoſita veſte impoſitisque galeris
Ornati , ſimulant homines , taurumque laceſſunt :
Ille dolore amens in quaelibet obvia fertur ;
Fronte ferit truncos , fertque intra cornua veſtes ;
Quae dum oculis adimunt lucem velamina , quaerit
Arrecta cervice diem ; caput arduus inde
Succuttit , & vanis auras diverberat iris.
Interea ſeptis impune jocatur ab altis
Vociferans plaudenſque manus pagana juventus.
Semimares tandem redeunt ad prata juvenci ,
Et venerem oderunt : nec jam rixantur amantes ,
Nec quidquam niſi gramen amant & pinguia rura.
Ne tamen armenti ceſſet foetura , bubulcus
Nonnullos ſervet , generique relinquat habendo
Egregios tauros : ſint illi grandibus armis ,
Compacta cervice , truci fronte , auribus hirtis ,
Cornibus & craſſis & curvis , nare reſima ,
Et vaſta laterum mole , & compagine firma.
Nec minus ipſe color ſit curae : excludimus albos ;
Namque illos vitiat macies immunda ; coloremq ;
Inde una , ſcabiemque trahunt armenta paternam.
His animadverſis , ſupereſt pars altera curae ,
A grege , quae multae ſubeunt , avertere peſtes.
(*c*) Corvorum genus obſcaenum , graveolentis Averni
Progenies , dirae ſoboles immunda Celaenus ,

(*a*) *Notae vitulis inuruntur.*
(*b*) *Boum caſtratio.*
(*c*) *Corvi Braſilici dicti* Urubuz.

Brasilicos latè campos infestat odore ,
Sed feritate magis , rabidique voragine ventris.
Sublimes se se super ardua nubila tollunt ,
Unde , alta velut e specula , rura omnia circum
Explorant vi , qua pollent quam maximè odora ,
Siqua solo jaceant , fluido manantia tabo ,
Aurasque inficiant , animantum corpora ; vixque
Indicium hauserunt , ubicumque est putre cadaver ,
Illuc praepetibus labuntur ab aethere pennis ,
Corruptasque petunt epulas : tam dira cupido
Vescendi , ut curvis inter se mutua rostris
Bella gerant , sibique insincera alimementa vicissim
Invideant ; neque , consumpto bove , cessat edendi
Immanis rabies , & hiant , velut ante , volucres
Obscaenae , volitantque fame , praedasque requirunt
Rure alias. Porro ingluvies haec utilis arvis
Purgandis esset , si sese pasceret unis
Corporibus pecudum morientum , & parcere vivis
Disceret. At contra faciunt feralia monstra ;
Et vita functis aeque & viventibus instant.
Seu morbo afflictus deponat languida taurus
Membra solo , seu bos coeno demersus in alto
Haereat ; involitans nigris exercitus alis
Irruit in praedam , victoque insultat ; aduncis
Pars oculos fodicat rostris , pars vellicat , ipsaque
Instetina trahit , viventi & viscera rodit.
Praecipue teneros crudelis saevit erinnys
In vitulos , primam cum lapsi matris ab alvo
Accipiunt lucem : partum veterana tuetur :
Vacca suum armata praedones fronte repellens ;
At , quae Lucinae tunc primum experta labores
In campo fuit , acta metu tiruncula mater
Aufugit , ac dulcem tanto in discrimine natum
Deserit : imbellem Furiae aggrediuntur edaces ,
Dilacerantque avidis rauca inter murmura rostris.
Ne sine in armentum saevire impune latrones ,
Sed multa fac caede luant commissa , gravesque
Dent scelerum poenas ; & quamquam extinguere pestem
Tam multam haud speres te posse : per ultima saltem
Supplicia imminuas numerum , crebro omnia circum
Pascua submittens , fatalibus aera ferentes
Foeta globis , servos , multo qui fulmine tetras

In-

Insectentur aves, & plumbi grandine perdant.
Multum etiam infestant alati pascua mures, (a)
Vespertina boum pestis, qua tristior arvis
Nulla furit totis, bubulumque haurire cruorem
Callidior: noctis sub tempora scilicet alis
Instrepit, armentumque petit, morsuque cruentat.
At quo sensum adimat pecori, mira utitur arte.
Dente bovem pungit, simul ore reciprocat auram,
Atque fovet sufflando cutem, sopitque dolorem.
Saucius haud sentit bos vulnera, nec fugat hostem,
Nescius insideat sibi quantum in tergore monstrum.
Ergo inflat, largèque cruorem sugit hirudo
Aligera, & (ne plena crepet) quantum ebibit ore,
Tantundem, alternis vicibus, foedo egerit alvi
Profluvio, donec saturata atque ebria, potu
Abstinet: interea vena demissus aperta
It sanguis sine lege fluens; tum denique vires
Deficiunt aegrum, & cum sanguine vita relinquit.
Si penitus tibi tota scatent his pascua monstris,
Desperanda salus; neque enim compescere pestem
Tam diram est opis humanae: fuge inhospita rura,
Atque novos pecori campos, nova pascua quaere.
Quod si non adeo multas tibi prata volantum
Nocturnorum acies fundunt; si nocte silenti
Ad caulas tantum volitant, clausisque nocere
Bobus amant; adhibe feles, qui lignea semper
Insidias prope septa locent, & semivolucres
Praepete corripiant saltu, lacerentque recurvis
Unguibus, & sumant scelerato ex sanguine poenas.
Nunc animis nunc arte, viri, nunc fortibus armis
(b) Utendum: Panthera vocat regina ferarum
Quot quot Brasiliae magnis in saltibus errant.
Illa quidem longe ante alias saevissima, felem
Ore refert, maculis tergus variata decoris,
Quale nitet coelum stellis, aut floribus hortus.
Saevi oculi, rituque facis ferale rubentis
Terribiles; armi, pectus, collum, omnia vasta.
Ungues horrendum hamati; nec aratra profundis
Sic terram sulcis findunt, ut terga juvenci

Un-

(a) *Vespertiliones.*
(b) *Panthera.*

Unguibus aſſiliens monſtrum proſcindit adactis.
Cum fremit in ſilvis, vulgus pavet omne ferarum,
Attonitum fremitu nemus, & ſpelaea treſmiſcunt.
Bos autem, indicium quoties odor attulit auris
Perlatus, crebris mugitibus attonat agros,
Auxiliumque vocat, totumque exſuſcitat agmen
Cornigerum, ut junctis propulſent viribus hoſtem.
Concurrunt armenta; loco tum caſtra patenti
Metantur: timidae matres molliſque juventus
Intra caſtra latent, armis confiſa parentum,
Tergora conjungunt patres, denſuſque bovi bos
Cornibus obverſis magnum ſpiſſantur in orbem,
Arcemque efficiunt, atque impenetrabile vallum.
Interea crudelis adeſt panthera, trucesque
Huc illuc volvens oculos, circumitque reditque,
Obſervatque procul, nec propugnacula tentat
Cominus; at ſiquem videt extra caſtra vagantem
Rure bovem, tenet inſiliens, dorſoque cavernas
Immanes aperit, quibus indignata ſupremo
Mugitu vita excedit: bos cernuus armo,
Terga lacer, procumbit humi: tunc bellua ludit
Laetabunda, bovemque (ut murem felis) in altum
Suppoſita jactare manu nunc tentat, oberrans
Nunc alio refugit, ſubitoque revertitur, ungueſque
Injicit, ac dentes adigit, tandemque prehenſum
Mordicus attollit, lucosque abducit in altos.
Hic ubi ſe laute dapibus curavit opimis,
Diſceſſum meditans ſaturo jam ventre, futuri
Provida, reliquias multa ſub fronde reponit
Semeſi bovis, ad menſas reditura paratas
Eſuriens: tu furem inquire, penuque reperta,
Inſidias reduci pones. Accommoda fraudi
Arbor erit, trunco gracilis, ne ſcandere poſſit
Bellua, mole gravis, (namque id tentabit amore
Vindictae, inſanas cum ſaucia colliget iras)
Ergo ferae adventum ſpecula opperieris ab alta
Arboris: in manibus ſit ferrea fiſtula, plumbi
Grandine fatiferi, & nitrato pulvere foeta;
Quae, cum tempus erit, magno reſoluta tonitru,
Sternat glande, inſtar violenti fulminis, hoſtem.
Veſpere tum fero rediens Panthera, repoſtas
Ore dapes avido repetit: tu commoda captans

Tempora ; ne temerè disperdas missile plumbum,
Explora, qua parte neci via certior, illò
Intendens ictum : felici vulnere namque
Cor nisi trajiciat glans plumbea, bellua saevae
Reliquias animae revocans, seque aere librans
(Certa mori, nec inult tamen) qua parte sonorem
Æs fatale dedit, tota irruit, atque frementi
Ore simul, simul hamatis petit unguibus hostem.
Quod si dexteritas non sit tibi tanta, neque arma
Haec tractare manu noris, quanta expedit arte,
Ne pugnam committe palam, sed tende vel absens
Insidia ; qua parte feram transire necesse est,
Hinc atque hinc quatuor ferali grandine fartos,
Ignivoma arma, tubos depone ita, ut oribus ora
Obversis obversa ferant ; seseque vicissim
Respiciant ; restis transversa viam occupet, ipsis,
Qui silicem admordent, armorum implexa catellis.
Ergo viam carpit Panthera, & vix pede tensum
Funiculum tangit ; raucum dant aera tonitrum,
Et celeri lethum volat irrevocabile plumbo.
Sunt, qui fronde tegant caecos telluris hiatus,
Qua fera carpet iter, sparsis fundoque refixis,
Quas acuunt ferro, sudibus : dum transilit ergo
Bellua nil metuens ab operta fraude, repentè
Subsidente solo, ruit alto absorpta barathro,
Stipitibusque artus transfixa recumbit acutis.
Ilignas ali caulas fabricantur, in orbem
Grandibus infixis trabibus : pro tegmine jungunt
Robora roboribus, ponuntque immania tigna.
Arcano suspensa dolo stat janua, & intro
Dat faciles aditus : includit structilis alter,
Interior carcer, vitulum : qui fallat euntem
Alliciatque feram praedaeque incendat amore.
Quae simul atque domum, quò coena invitat opima,
Fallacem ingreditur gaudens, demittitur ultro
Janua, & includens intra irremeabile tectum
Captivam tenet, illa tamen secura pericli,
Atque incensa fame, vitulo insidiatur, & ungues
Injicit, & partes tentat sepiminis omnes,
Siqua forte viam inveniat : tremit hoste propinquo
Buculus, & refugo se corpore proripit, urgens
Ad partem oppositam timidum latus, oreque rauco

Pos-

Poſcit opem : venator adeſt in tempore : tum ſe
Bellua captivam videt intra clauſtra teneri ,
Horrendumque minax furit unguibus , & fremit ore.
Aes vero ignivomum furis compeſcit inanes ,
Fatalique feram ſternentes fulmine glandes.
Quod ſi marte lubet manifeſto indicere pugnam , (*a*)
Atque ſequi per teſqua feram , te ſculpta monebit
Forma pedum , qua fiat iter : ſubmitte ſagaces
Ante canes , qui nare viam ſcrutentur odora.
Illi alacres nemus excutiunt , praedamque latentem
Naviter inquirunt ubi vero indagine certam
Notitiam hauſerunt , qualemque ferantur in hoſtem
Notus odor docuit , prior ardor friget , & horror
Membra quatit ; referuntque pedes , nec tendere contra
Eſt animus : monitis ſegnes hortare , ſuoque
Nomine quemque voca , Jcnobaten , Labrona , Melampum :
Tunc acres ſumunt animos , & laudis amorem
Vitae ipſi anteferunt in aperta pericula miſſi.
Totius dux militiae , venaticus ante
It canis , indagans ſilvam , indicioque reperto ,
Latratu ſocios vocat , extemploque caterva
Tota ruit , denſaque feram obſidione coronat ,
A fronte a tergo crebris latratibus inſtans.
Irruit illa minax : fugiunt. Fugit illa : ſequuntur.
Siſtit : eam cingunt ſtantes , & ſemper acutis
Vocibus , at procul , ad latrant ; nam cominus hoſtem
Si quiſquam ex numero , tiro canis , ore laceſſat ,
Inter crudeles ungues cum ſanguine fundit
Dulcem animam , ſocioſque cadens monet , eminus anceps
Bellum agitent , ſoloque feram clamore fatigent.
Poſtremum attonita , atque canum vexata tumultu ,
Ima in crura ſedet , magniſque exaeſtuat irae
Motibus , & caput huc ringens convertit & illuc ,
Perquiritque fugam : fugere autem ubi nulla poteſtas ,
Ut mire eſt agilis , celeri dans corpore ſaltum ,
Arboris objectae ſubit improviſa cacumen ;
Unde canum voces & vanas deſpicit iras.
Sed fatale fuit ſubiiſſe ; ſibique ſupremum
Supplicium reperit , qua quaeſiit arte ſalutem.
Iſtud enim in tempus venator callidus ictum

Diſ-

(*a*) *Pantherae venatio.*

Diſtulerat parcens, ut certius inde noceret.
Ergo ſcopum nactus ſublimem, habilemque feriri,
Illò aes fulmineum intendens collineat, atque
Miſſa glande ferae cor trajicit: illa ſupremum
Infrendens cadit, & furit horrida, & ore cruento
Mordet humum moriens: procul & venator & ipſi
Profugere canes; nec ad illam accedere cuiquam
Eſt animus, vitam penitus dum ponat, & acrem
Vindictae quoque cum vita deponat amorem.
En Panthera jacet. Sed queis ſuperabimus armis
Vipereum genus, herboſis quae plurima peſtis
Saevit agris, morſu aſpergens lethale venenum?
Sive petas ſaxis, querno ſeu fuſte, maloſque
Multimoda paſſim caede inſectere colubros,
Vix quidquam efficies: ſupereſt vis maxima gentis,
Quam multae in ſilvis frondes, aut gramina campis.
Una per aeſtatem pratis immiſſa quotannis
Flamma genus dirum extinguit: ſed protinus herbis
Ut ſe veſtit humus, vicinis advena ſilvis
Effundit ſe ſe ſerpentum exercitus; & jam
Totis repit agris pecori exitiabile vulgus.
Deſperans igitur peſtem delere, medendi
Quare viam armento. Quoties mala vipera laedet
Dente bovem eructans ſaniem, immedicabile virus,
Ullis non herbis, non arte Machaonis ulla
Arceſſenda ſalus: praeſentem aliunde medellam,
Auxiliumque petes. Notum, quid dextera poſſit
(a) Illius, qui manſuetos, dum viveret, angues
Aſſuevit tractare manu, cui tergora mites
Pantherae palpanda dabant, caudaque trementi,
Et laetis geſtire modis & ludere viſae.
Praeſto is erit medicans, caeloque miſertus ab alto
Maturabit opem: ſeu tritae fruſtula veſtis,
Sive thori, quo vir jacuit, cum vita manebat,
Particulam imponas parti, quam noxia dente
Fatali pupugit ſerpens, vis dira veneni
Continuo abſiſtit, nec in intima viſcera ſerpit.
Nota loquor, paſſimq; oculis manifeſta: fatentur

 Ipſi

(a) *Ven. P. Joſephus Anchieta, de cujus virtutibus in gradu heroico conſtare pronunciavit Clemens XII. decreto die* 10. *Auguſti* 1736. *dato.*

Ipſi homines, ipſae pecudes, luſtra ipſa ferarum,
Totaque teſtatur, quam lata eſt, Braſila tellus.
Magnum o Braſiliae ſidus, columenq; ſalusq;
Quando erit, ut ſolio ex ſacro, perſuſaq; dio
Lumine, & afflato rumpens de pectore vocem,
De te, quae populi ſuſpirant, Roma loquatur!
Templa tibi, tibi templa ſuo jam Braſila tellus,
Et templis aras meditatur ponere, & aris
Thura, & votivos ſuſpendere pariete toto
Argento atque auro vultus, pictasque tabellas,
Queis, quiſquis templum inviſet, tua munera cernat;
Hic oculis lucem affuſam, quos ante premebat
Nox atra: hic rectos ſolidata in crura repente,
Qui pedibus nuper capti, innixiq; bacillis
Agre incedebant: illic tumido aequore puppes
Naufragio ereptas, ac nautas vela ferentes
Ad templum lacera, & fragmen reliquum antennarum:
Parte alia domitas peſtes, morboſque fugatos,
Mortem ipſam exutam falce & pernicibus alis.

DE CULTURA
HERBAE NICOTIANAE
IN BRASILIA.

LIBELLUS.

NUnc mihi, Nicotii de nomine dicta, supremus
Herba labor sit. Phoebe Pater, castaeque Sorores
Annuite incoeptis, nec non plantaria mecum
Inspicite, &, quae conveniat cultura, docete,
Quo curanda modo folia, & quo denique pacto
Torquenda in funem; unde potens conflatur ad usum
Purgandi cerebri pulvis; qui nunc dabit idem
Vati materiem cantus, idemque canendo
Sufficiet vires: nobis nam, pulvere sumpto,
Vena salit, veniuntque alacres ad carmina Musae,
(a) Maxima qua spectat Thetiden America, refusam
Ad boreale latus, stat, nomine dicta Tabacum,
Insula in Oceano magno, regnata Britannis.
Illic, nunc usu vulgatam, repperit herbam
Nicotius primum, atque alias inde orbis in oras
G ii In-

(a) *Ubi, & a quo inventa fuit herba. In Brasilia repertam fuisse contendunt nonnulli. Ex Brasilia in Lusitaniam a Ludovico de Goes fuisse perlatam scribit Damianus de Goes Chron. Reg. Emman. p. 1. c. 56. Eam Brasiliani Patria lingua* petuma *vocant; Lusitani* herbam sanctam *appellarunt. Apud Italos herba* S. Crucis *appellata fuit a D. Prospero S. Crucis qui ex Lusitania illam in Italiam detulit. Cast. Durand. in herbar. 2.*

Invexit: quare peregrinam & Brasila tellus
Accepit, sed ut indigenam complexa benigno est
Alma sinu; nec planta solum felicius ullum
Usquam alibi sibi nacta fuit, quam rura feracis
Brasiliae. Sed non glebam tamen illius omnem
Æque amat: in primis pigrae vicina paludi
Stare horret, foliisque statim subpallida, morbo
Languescit. Nec rura nimis sibi pinguia poscit:
Sed nec agros senio effoetos, ubi nulla virescunt
Arbusta, & raro vestit se gramine tellus.
Praeterea & tractum renuit, qui strage recenti
Exscisi fumat nemoris; namque ille ferocis
Non facit ad molles terrae prior impetus herbas.
(a) Nigra illam sabuleta juvant, tellusque soluta
Ac jejuna. Boum nec te laetamine terram
Poeniteat saturare: fimus multum adjuvat ipsum
Commixtus sabulum, unde seges laetissima surgit.
Quare age, quem tractum plantandae optaveris herbae,
Cura prior sit structilibus circumdare septis,
Quò fac ut armentum succedat vespere sero;
Tamque diu coges illic traducere noctes,
Dum pedibus tritum gramen, saturataque multo
Sit tibi terra fimo. Tunc illam invertere rastris,
Atque scrobes fodere incipies: pes circiter unus
Sit scrobibus mensura; ut possit laxius intra
Almam tellurem radix diffusa vagari.
At, ne ipsis olim noceat vicinia plantis,
A fossa palmis fac distet fossa duobus.
Interea tibi in areolis, quibus ante minuta
Semina mandasti, plantae feliciter ortae
Succrescunt: quas nunc aliò traducere tempus.
Fac mutent natale solum, plantaria fossis
Radicata novis condens. Terram illa, potenti
Antè fimo saturam, penitus sensere, brevique
Puberibus foliis & adulto caule virescunt.
At tu, felices ubi Nicotiana per agros
Germina pubescent, multum invigilare memento,
(b) Infestant etenim juvenes animalia plantas
Bruchusque, volvoxque, & longo crure locustae,

Et

(a) *Quaenam terra ejus feracissima.*
(b) *Pestes herbae Nicotianae.*

Et peſtes aliae: at, prae cunctis noxia, frondes
Parva eruca vorat, peſtemque & virus adeſis
Inſtillat lethale comis: hinc ſquallida languet
Planta, ſuas nec habet, pallens & flacida, vires.
Exigui verò culices, teterrima labes,
In molles multo bacchantur atrocius herbas;
Namque globo volitant nigro, teneriſque licenter
Frondibus inſidunt, tenuique proboſcide ſuccum
Ducentes, ſegetem emaciant, ſeſe unde ſaginant.
Tentent, ſiqua via eſt, miſeris ſuccurrere plantis
Agricolae. Ingratos arvis incendere odores
Proderit, & ſegetem paſſim ſuffire: vaporem
Non tolerant acrem culices, erucaque fumo
Interit: in primis autem plantaria circum
Dejice quidquid erit nemoris, ne frondea praeſtet
Hoſpitia, & culices tibi proxima ſilva receptet,
Unde lues ſe ſe cultos ea fundat in agros.
His ubi conſultum, ſegetem pubeſcere cultor
Permittat, quatuor donec robuſta dodrantes
Aſſurgant virgulta. Levi tum pollice ſumma
Succidat capita, ulterius nec creſcere in altum
Illa ſinat, quin & gemmas pene amputet omnes,
Quae circum erumpunt; nam luxu planta reciſo,
Uberior ſuccum frondes partitur in unas,
Quò ſpes reſpiciunt & avari vota coloni.
Juſta ubi maturas aetas decerpere frondes
Suaſerit, ipſe inviſat herus plantaria, nec rem
Servorum arbitrio temerè permittat inertum,
Neu folia ante diem cruda atque immitia carpant:
Ipſe, inquam, inſpiciat, ſegetemque perambulet omnem,
Obſervans, utrum jamjam ſubpallida poſcant
Ungue meti folia, an vivum immatura virorem
Nondum mutarint; quoniam verò ipſe fefellit
Saepe color, tentanda manu ſeges: aſpera villis
Siqua manum pungunt, folia immatura legendo
Eſſe puta; contra verò quae levia, tactu
Explorans ſemel atque iterum, & lanuginis orba
Senſeris, illa putes matura, & idonea carpi.
Tunc ergo frondoſa ruant in praedia ſervi,
Atque operi inſiſtant: pars frondes pollice carpat,
Pars in faſciculos cogat, pars denique faſces
Impoſitos ſubiens, in tecta capacia portet.

Nec modo diripiant frondes, ſed & ipſa relictis
Brachia dejiciant truncis : meſſiſque ſecundae
In ſpem conſervent gemmam, non amplius, unam.
Illa, ſibi radice fluens quia ſuccus ab ima
Uni contingit totus, laetiſſima ſurgit,
Et circum emittit frondes, quibus altera meſſis
Multò, quam prima, obveniet praeſtantior : ipſa
Nam primis vitium foliis ſolet indere tellus
Indomita, & cujus ſe prima potentia nondum
Fregerat : aſt eadem, poſtquam manſueſcere coepit,
Mitius ingenium plantis inolevit : & inde
Pluris, quam primae, frondes valuere ſecundae :
Tertia (nam frondes eadem ter parturit arbos)
Non ita felici reſpondet foenore meſſis.
Scilicet alma parens, tam multo exercita partu,
Deficit, ac ſenio vires amittit inerti.
Quarè age, direptis, quas tertia proferet aetas,
Frondibus, indulge triferis liberrima truncis
Otia ; pro libito da creſcere, fundere gemmas ;
Et nullus poſthac in germina ſaeviat unguis.
Ergo ſui juris, duri nec adacta coloni
Parere imperiis, arbuſcula ſurgit in auras,
Quantum attollit humo ſe vir procerus, & ultro
Expandit ramos, & apertis undique gemmis
Luxuriat : niveos edit tum denique flores,
Vita quibus brevis eſt, & quaelibet aura caducos
Dejicit, ac latè albeſcunt ſola ſtrage frequenti.
Hos molli poſtquam zephyrus decuſſerit ala,
Purpureos intra calices nigra ſemina reſtant ;
Quae verſa, cum tempus erit, tellure colonus
Areolis mandet, generique imittat habendo.
At nunc collectas frondes, tectiſque repoſtas
Procurare juvat. (a) Stant ampla mapalia tectis
Stramineis ; paries nullus, ſed parietis inſtar,
Nexis hinc atque hinc virgis, ſtructura recurrens.
Tranſverſim poſitis ſudibus laquearia conſtant.
Non ventos arcere, neque ullas addere tectis
Cura fores : ſed conſulto perflare ſinuntur
Uſque domos zephyri molles Eurique procaces.
Tranſverſis ergo in ſudibus per inane tenentur

At-

(a) *Structura domorum, in quibus curantur folia.*

Atque in textilibus virgis ex pariete toto
Suſpenſae frondes, in quas liberrimus aer
Incurrat crebro, dum venis abditus humor
Cedat paulatim, & ſe virtus vivida frangat.
Mox ubi penſilibus viror omnis ceſſerit herbis,
Pallentes depone; levi tum pollicis ungue
Detrahe, qui media excurrunt per tergora, caules.
Caulibus avulſis, flecti non dura, plicabis,
Ceu mappas, folia, & plano ſuper aſſere pones
In cumulos: verſare manu tamen illa frequenter
Curabis, ne congeries immota calorem
Frondea concipiat, taboque ſoluta putreſcat.
(a) Praecipuum nunc inſtat opus; nunc multa docendus
Da faciles monitis aures, dum rite paratas
Torquere aggredimur frondes, & texere funem.
Hinc illincque ſolo furcas defige bicornes,
Tranſverſumq; aptans binae intra cornua furcae,
Tignum impone teres, paulo productius ulna.
Altera tranſverſi fac pars extrema cylindri
Aſſutum teneat capulum; parte altera in unum
Sit latus oblique ſulco via ducta profundo.
Ergo manu primas (operis fundamina) frondes
Ipſe opifex torquet, religatque in tergore tigni.
At partem, in ſulcum demiſſam, emergere cogit
Extra ipſum tigni ſummum caput, unde laboris
Orſa petit retro incedens, & frondibus addit
Torquendo frondes, puero verſante cylindrum.
Alter faſciculos foliorum verna magiſtro
Porgit, ei comes aſſiduus: ponè alter (& ipſe
Retrogradus) primi relegit veſtigia, opuſque
Perficit, imponenſque ſecunda induvia funi,
Molem illi dat habere ſuam, juſtumque tenorem.
Poſtquam tres adeo progreſſa aut quatuor ulnas
Reſtis erit, ſubſiſte parum, nec tendere pergas
Ulterius: nam ſi fuerit productior aequo,
Rumpitur impatiens torqueri, operamque retardat.
Partem igitur, quae jam fuerit confecta, cylindro
Involve adglomerans, tereti ceu ſtamina fuſo
Adglomerare ſolent, nentes ſua lina puellae.
Tunc incoepto operi inſiſtes, & texere rurſum,

At-

(a) *Ratio conficiendi funis ex foliis Nicotianis.*

Atque iterum atque iterum perges involvere, donec
Glomere turgefcat magno revolubile lignum.
Tum verò expedies illud, reddefque labori,
Qui fupereft, vacuum: quapropter & altera, cui par
Verfando capulus, par forma & mole cylindrus,
Machina fit juxta pofita; in quam transfer ab illa
Quidquid erit funis confecti. At glomere poftquam
Haec quoque turgebit vafto, traducere fervi
Inde alio curent alacres: ideoque tigilla
Plura parent, quibus adproperent involvere funem.
Tum demum appofitis obducta volumina tignis
Seponant curanda, domufque acclinia murìs
Exfudare finant: illis fuppofta cavato
Caudice fit pinus, craffum exceptura liquorem.
Namque ex glomeribus guttatim depluit humor
Heliadum fimilis lacrymis, flavufque tenaxque.
Tunc opus eft cura, vitium ne ferpat, & intro
Infinuet: quare invigila, nec parce labori.
Mane femel, ferique iterum fub vefperis horas
Nicotii mutanda tibi funt glomera funis,
Tranfque ferenda alia ex aliis in tigna: diebus
At tribus elapfis, fat erit dein glomera quavis
Luce femel mutare: glomi funt rarius iidem
Mutandi, cum firma aetas folidaeque vigebunt
Paulatim vires. Et tempus & ipfa monebit
Res, quid opus factu; juvet alternifne diebus,
Tertio an iftum quoque die inftaurare laborem.
Interea, quoniam fudati humoris abunde
Suppofito in labro eft, tu crebrò glomera fucco
Unge fuo; notum eft unctis quid conferat humor
Ifte glomis: multum vires confirmat, odorem
Gratum indit, longoque recentes tempore fervat.
  Ergo quater decies poftquam fol fulferit orbi,
Imponenda tuo manus eft fuprema labori.
Extremam funis partem fummo ungue refolvens,
Arcanafque levi diftendens pollice fibras,
Teftibus inquires oculis & judice nafo,
Sint ne fatis curata tibi, perfectaque cuncta,
An procurari ftudio ulteriore repofcant.
Certa tibi exacti funto argumenta laboris
Non immitis odor, color inde fimillimus auro.
At ferrugineufque color, fpiranfque moleftum

Nef-

Neſcio quid ſubagreſtis odor, quo percita naris
Sternuat, expectare monent, dum tempus acerbas
Caſtiget vires, ſeſeque ferocia frangat.
Jam numeris omnino ſuis ubi tempore juſto
Perfectum conſtabit opus, translatio fiet
Ultima, majoreſque glomos majora tigilla
Accipient; quae taurino tum denique cinges
Tergore, ni mavis libro veſtire ſequaci,
Quem facili dabit ex trunco tibi Braſila Ficus (a),
Illa, inquam, ante alias ficus celeberrima pomos,
Seu fructum ſpectes, quo non jucundior ullus,
Seu pulcrae naturam ipſam, & mirabile plantae
Ingenium. Diffuſa duos, & eo amplius, illi
Sunt folia in longum cubitos, palmiſque duobus
Lata: eadem philyrae, levique ſimillima chartae.
Cruſtarum ordinibus truncus coaleſcit aquoſus,
Ceu tunicis, inſtar caepae; molliſſimus idem,
Et ſectu facilis, parvi vel acumine cultri.
Ipſa quidem ad fructum ante alias feſtina ferendum,
Jam mole atque habitu pollens, vix attigit annum,
Parturit, unius tantum foecunda corymbi,
Cui grandes inſunt ſerie multiplice groſſi,
Deliciae, Pomona, tuae; namque aurea cedunt
Illis Heſperidum poma, & felicibus hortis
Alcinoi quidquid natum finxere poetae.
At ſortita brevem eſt arbor pulcherrima vitam.
Nimirum, ſimul ac magnum legere racemum,
Ipſa mori quoque feſtinat, primaeque juventae,
(Officio jam functa ſuo) conſumitur aevo,
Languidulis foliis & aquoſo marcida trunco.
Haeredes tamen illa ſuas moritura relinquit.
Nam ſponte emittit radix abſcondita bulbos,
Unde ſuis veluti gradibus ſubnaſcitur haeres
Plurima; non aetas tamen omnibus una: minores
Natu aliis aliae veniuntque ſibique viciſſim
Succedunt. Vix mater anus pallentibus ultro
Defluxit foliis, jam filia, maxima natu,
Parturit: alterius ſic altera & altera ſupplet
Uſque vices; toto neque fructus deficit anno,

(a) *Ficus Braſilica vulgò* Bananeira.

Eſt ſuus & tunicis uſus ; quibus extima conſtat
Arbor : eas lacero trunci de corpore raptas
Indumenta glomis dabis optima Nicotianis ;
Atque ita munitos pluvias adverſus & Auſtros ,
Caudiceaeque ſcaphae impoſitos , plauſtrove gementi
Vicinum ad portum ſtatues , oneraria donec
Solvat , & hanc alio exportet trans aequora mercem ,
Quae non exiguum faciat venundata quaeſtum.
Qualem percipiunt , magna Soteris in urbe
Qui degunt , & rura colunt contermina tantae
Metropoli ; rura ante alias uberrima terras ,
Nicotianae herbae regnum ; venit unde potenti (*a*)
Incrementum urbi. Caput illa e collibus altis
Interea attollens , humilem videt Amphitritem ,
Subjectaſque arces , magni munimina portus ;
Quem late effuſus ſinus efficit : inſula in undis ,
Artis opus , mediis ingentem aſſurgit in arcem ,
Undique tormentis munitam immanibus , & quae
Fulminet ex omni latere , & maria omnia circum
Magno incluſa ſinu , ſubvectos claſſibus hoſtes
Terreat , & fugere infractos compellat in altum.
Quid memorem egregios cives opibuſque potentes ?
Quas illis faciunt tum ſacchara , (nam neque tellus ,
Qua dulces veniant cannae felicius , ulla eſt)
Tum quoque Nicotiana ſolo plantaria in illo
Uberius , quam queiſque aliis venientia terris.
Inde ergo Europam ad magnam egrediuntur onuſtae
Mercibus his naves ; at Nicotiana vel ipſos
Glomera veliferis ratibus mittuntur ad Affros ;
Non tamen argenti vi permutanda vel auri ,
(*b*) Sed certo juvenum numero ; & quae nautica pinus
Nicotiis onerata glomis de littore ſolvit
Braſiliae , vehit ecce viros , miſeriſque referta
Mancipiis redit ; arva quibus ſudore collenda ,
Vitaque perpetuos inter ducenda labores.
At nos , quod ſupereſt , conflandi pulveris artem (*c*)
Dicamus ; nam feſſa canit jam Muſa receptum.

Fu-

(*a*) *Urbs Braſiliae primaria , Bahia ſive urbs S. Salvatoris.*

(*b*) *Mancipia , tabacco permutata , ex Affrica in Braſiliam advecta.*

(*b*) *Pulvis ex herba Nicotiana.*

Funem diſſolvunt penitus, cunctamque retexunt
Texturam. Folia inde, manu diſtenta, potentem
Ad ſolem exponunt nativo humentia ſucco,
Donec ſicceſcant. Tunc in mortaria mittunt
Marmorea, & valide tundunt: gemit angulus omnis
Ictibus, & nubes it pulverulenta per aedes.
Hoc, ſacri vates (quorum mihi vita ſaluſque
Chara eſt) utimini, moneo vos, pulvere tantum;
Nam cerebro melior multoque ſalubrior, almum
Qui tulerit ſolem, quam qui toleraverit ignem.
Arridet vulgo ſed Nicotiana profano
Herba aliis contrita modis. Subtilia funis
Partem in fruſta ſecant: tum fictilis igne catinus
Suppoſito calet; hunc intra ſiccanda reponunt
Segmina verſantes, nimius ne forte perurat
Illa calor: mox, abſumptus cum ceſſerit humor
Omnis, particulas vel in orbem ſtipite ducto,
Vel tereti ſaxo exercent, dum colligat imo
In fundo ſe ſe pulvis, capitique mederi,
Infeſtumque potens cerebro depellere fluxum.
At vobis qua pulvis erit ratione parandus,
Diſcite nunc, culti juvenes, quibus unica cordi eſt
Munditiеs. Agite & modicam ſeponite partem
Pulveris, & lacrymis, quas floribus elicit ignis,
Spargite odoratis; beneolentemque indice maſſam
Polliceque exercete: loco tum ponite aprico,
Et ſinite, ut zephyri ſit mollibus obvia flabris.
Utque induruerit blande ſpirantibus auris,
Illam occate manu, parvoque incernite cribro.
Hinc quae deciderit, granis diſcreta minutis,
Materies, vel in argento ſervanda vel auro,
Nec veſtes maculat, cerebrum nec vellicat acris;
At recreat caput, infeſtaque gravedine preſſum
Sublevat, & nares jucundo paſcit odore.
His aliiſque modis (neque enim comprendimus omnes)
Conficitur pulvis; cui ſumma atque infima vulgo
Indulgent capita; indocti doctique; dynaſtae
Plebeique homines. Illo falluntque laborem
Artifices; mentemque illo cerebrumque repurgant,
Qui Muſis operam navant ſanctaeque Minervae.
Et magis inde alacres peragunt, ope pulveris, ipſi
Artifices ſua penſa, ipſi ſua carmina vates.

Idem abigit curas, & mentis nubila difflat,
Laetitiamque animis, pulſo moerore, reducit.
 Nec ſolas recreat nares, nec pulvere ſolo
Herba juvat: prodeſt eadem mortalibus aegris
In tenues etiam fumi reſoluta vapores.
(a) Eſt vas exiguum, ſeu fictile, ſive cavatum
Plerumque in buxo ſolida aut caryotide dura,
Ventroſum modico alveolo, pandumque ſupernè,
In moremque tubae patulo diffuſius ore.
In fundum tenuatur, & in latus inde recedit:
Atque illic habet, alveolo commune, foramen;
In quod longa ſatis captando fiſtula fumo
Inſeritur; nam quo fuerit via longior, hoc &
Ipſe minus fauces vapor urit; quippe tepeſcit
Paulatim calor, ac vires amittit eundo.
Ritè igitur folia exſiccant, atque arida in alveum
Immittunt; prunamque adhibent; ſuctu inde frequenti
Sollicitant foculum; fumum dein foedere certo
Et preſſis ſorbere, & apertis reddere labris
Incipiunt. Rumpit paulatim fumea nubes,
Anguſtaque via & caeco eluctata canali
Tendit iter furſum ad fauces, largeque vaporat
Guttura: quin ipſas late contaminat auras.
Interea diros (ne curam hanc prorſus inanem
Eſſe putes) reprimit morbos, praeſtatque ſaluber
Fumus opem ſtomacho, nimius quem degravat humor;
Unde malae veniunt pituitae, & noxia membris
Fluxio, multimodaeque, premunt quae corpora, peſtes.
 Haec ego Braſiliae ſuper arvis pauca canebam,
Et ſuper armento, qua ſe regnator aquarum
Tibris agit, lenique interluit agmine Romam,
Dum regit imperiis almam felicibus urbem,
Ac totum Clemens magnus, pius, Optimus orbem,
Rezzonicae Clemens decus altum & gloria gentis.
Et quamvis illo me tempore mira teherent
Urbis terrarum dominae ſpectacula, moles
Templorum ingentes, tectorum opera inclita, fontes,
Marmora, & inſignes, orbis miracula, villae,
Et Charitum ſedes; tamen & meminiſſe juvabat
Braſiliae, ut quae me primis excepit ab annis

Avul-

(a) *Fiſtula captando fumo.*

Avulſum a dulci patria, cui Durius altos
(a) Adlambit muros, & molli flumine tingit.
Carminis hoc quodcunque ſuo ſibi Braſila jure
Poſcebat terra, in cujus mihi ſaltibus olim
Muſae occurrerunt puero, quamquam horridae, & ipſo
Cultu neſcio quam (nam ſic locus ille ferebat)
Barbariem indutae; quales in carmine noſtro
Cernere erit: quare una legat, cui ſcripſimus uni,
Braſilia. At, tu Tibri Pater, cui non Aganippe
Vatibus egregiis, non ipſae Heliconides undae
Certarent: ignoſce, tuos ſi barbarus anſer
Inſtrepere argutos inter fuit auſus Olores.

PRU-


(a) *Patria auctoris Urbs Portus, omnium Luſitaniae urbium poſt Ulyſſiponem facile princeps.*

PRUDENTII
AMARALII
BRASILIENSIS
DE SACCHARI
OPIFICIO
CARMEN

LECTORI BENEVOLO.

PAucis mihi monendus es, amice lector. Cum ea inductus ratione, quam in litteris ad Excellentiss. Maecenatem meum nuncupandi gratia datis significavi, meos istos de rusticis Brasiliae rebus versiculos typis mandaverim, Prudentii Amaralii Brasiliensis de Sacchari Opificio Carmen, jam ante Pisauri editum, ad calcem hujusce operis apponendum curavi; quod a me ea mente factum fuit, ut quaecumque in id argumentum ad hanc usque diem scripta, atque adeo in lucem edita fuissent, in unum collecta volumen ad manum haberes. Erit igitur humanitatis tuae meum, qualecumque est, gratificandi tibi studium probare, acceptumque habere.

Vale.



DE SACCHARI OPIFICIO
CARMEN.

BRasiliae segetes, hyblaeoque aemula melli
Sacchara, arundineis (a) stillantia sacchara nodis
Hinc canere aggredior. Notos juvat ire per agros,
Et patrios certa moderari lege colonos,
Seu canneta serant, alio seu tempore cannas
Subjiciant prelis, expressaque sacchara purgent
Addensentque igni; seu jam densata repurgent,
Et niveo tandem cogant splendescere cultu.
  Principio quae terra ferat, quae culta recuset
Cannarum segetes, ante explorare memento,
Quam tua inexperto committas semina campo.
Nec magnus didicisse labor; nam gleba colore
Proditur ipsa suo. Cannis erit illa ferendis
Optima, tentanti quae terga nigrantia passim
Praebuerit; tutò rubrae tu deinde secundas
Defer humo; sterilem immixta damnabis arena.
Sed nigra, & sabulo tibi sicubi gleba tenaci
Subrubet, haud usquam meliùs succrevit arundo,

(a) *Saccharum confici ex arundinum succo nemo, ut arbitror, ignorat. Hae arundinis aliis vulgo notis, externa specie, simillimae sunt, nisi quod crebrioribus distinguuntur articulis, foliisque longioribus & pene stantibus, maximè cacumen versus, vestiuntur. Alba illis medulla, & succo dulcissimo gravida; tenuis cortex, at satis durus; radix suavis, & minus lignea, quae, resectis cannis, germina trucit in novae messis spem. Hujusmodi arundines ex Asia in Siciliam, ex Sicilia in Insulam Madeira, atque inde in Brasiliam, ubi optimê proveniunt; & praecipue coluntur, delatas ferunt.*

Et longa (a) explicuit nodos felicius hasta.
At cave, si properè, vel si prolixior aequo,
Luxuriante solo, seges exiit, ilicet omnem
Rem tibi confectam voto grateris inani.
Heu! male terra ferax vires tunc exerit, & se
Foetura in prima diffundit largiùs humor.
Tu sina mansuescat; sine, vis deferveat illa,
Atque alio prius injecto fac semine, campus
Sylvestre ingenium, & morem deponat agrestem.
Ille impune tibi priùs aut lasciviat herbis,
Aut milium ferat, aut siliqua crepitante faselum.
Haec ad arundineas fuerint praeludia messes,
Ut brutae frangat se prima ferocia terrae,
Et cicuri veniant canneta remissius arvo.
Indiciis postquam, dedimus quae plurima, ductus
Canniferae segeti terram delegeris, omnes,
Agricola, in truncos validas molire secures;
Dejice inumbrantes sylvas, arvoque futuro
Fac spatium, & caesas rursus concide minutim,
Lignorumque pyras passim exstrue. Mox ubi soles
Lignea congeries passa est atque aruit igni,
Subde faces. Tractum non segnis Mulciber omnem
Purgabit. Siquid superest, cui flamma pepercit,
Collige; praegrandes torres, semustaque in unum
Robora compinges cumulum, rursusque jubebis
Ferre ignes. Si fortè aliquis, modò cortice summo
Ambustus, vicit geminata incendia truncus,
Hunc sine perflandum ventis, pluviisque domandum
Assiduis, donec tandem, vertentibus annis,
Tabidus in cineres ultro subsidat inertes.
Igne ubi purgatum sat libera praebuit aequor
Terga, lacertosos campo submitte parato
Fossores, multo quos Africa (b) sole perustos

Tor-

(a) *Arundo saccharifera, ubi pingue nacta est solum, calamo se erigit septem pedes longo, & crassis articulis minusque crebris distincto. Sicubi (quod inferius innuit Poeta) ob soli luxuriem longior evadit, quo plus habet longitudinis, eò est minus dulcis, conficiendoque saccharo minus idonea.*

(b) *In Africae regionibus, Angola praesertim & Guinea, multa quotannis mancipia emunt Lusitani, quae deinde in Brasilia vendunt magno pretio. Hic eorum opera exercentur*

Torruit, immites atque obduravit in ufus.
Heu genus infelix hominum, natumque labori!
Hi pro ruricolis tibi fint (fors dura!) juvencis,
Invertant terram, fulcos longo ordine ducant,
Et quodcumque aliud praeftent grave munus aratri.
Scilicet hac prifcis, contempto vomeris ufu,
Exercere agros placuit ratione colonis:
Seu quia plantarum paffim latuere fub arvis
Radices, fpiffaeque fibrae, quas dente retufo
Vomeris haudquaquam perfringere poffet arator;
Seu quia degeneres caelo noftrate juvenci
Proveniunt, pecus indocile, impatienfque laboris,
Nec valida cervice fatis, nec pectore firmo;
Sive aliud caufae fuit: at certè ufus aratri
His nunquam obtinuit terris, folofque ligones
Arvorum cultu plerumque adhibere folemus.
Praecipua haec nobis funt arma; haec Afer alumnus,
Impiger affurgens, manibufque & corpore toto
Connixus tractat, cum terra inaranda, gravefque
Glebae offringendae, runcandave meffis in herba.
His igitur fulcata armis, qua juverit agrum
Conferere, oblongis fcrobibus tibi terra dehifcat.
Quifque pedes geminos ducatur fulcus ad imum,
Ore bipalmari. Juvenes (*a*) ibi defode cannas,
Unam alii recto fic jungens limite, ut haftis
Contiguae extremis jaceant. Mox talea poftquam
Omnis erit fulcis infoffa, replere lacunas
Tempus, & egeftam in vacuos revocabis hiatus
Rurfus humum; modò ne largis madefacta gravefcat
Imbribus, atque adeo fit pondere noxia plantis,
Aptaque prae nimio corrumpere cuncta madore.
Largiter, aeftivo fi panges tempore cannas,
Terram adhibe fulcis: namque hoc velut aggere folis
Tela retunduntur, ne fe penetrabilis ardor
In-

agri, caeteraque omnia fiunt, quae maximè laboriofa haberi folent. Verè genus hominum, ut eos vocat Poeta, labori na-tum, *cui, nulla mercede, ad extremam ufque fenectutem addicuntur.*

(*a*) *Taleae effe debent cannae adhuc juvenes, vel tenera adultarum cacumina; his tamen illae ab expertioribus agricolis praeferuntur.*

Insinuet scrobibus, nimio & sata torreat aestu.
Non tamen ad plenum sulcos aequabis, & omnem
Restitues malesanus humum: nimis obruta tardè,
Atque incumbentes vix rumpent germina glebas.
Ergo telluris parcus, ne forte prematur
Pondere, fac leviter tumulata recumbat arundo (*a*).
Tum postquam vacuis reddes sua viscera sulcis,
Paulisper sumenda quies. Breve tempus (*b*), & ipsa
Herbescens jam canna sinus, nodosque resolvit,
Radicesque agit, & tenerum in sublime cacumen
Surrigit: erectis ager undique inhorruit hastis.
Cadmaeos credas iterum viruisse novales,
Cum pilata seges densis hastilibus ipsum
Terruit agricolam, mirantem credita sulcis
Semina bellorum, & foecundos milite campos.
Tale dabunt specimen, densas imitata phalanges,
Post annum subnata solo canneta feraci,
Ordinibus distincta suis; seu ductus in orbem
Tortilis extremos sulcus tibi circinet antes;
Seu latera in quadrum praecastigaveris aequa;
Seu cuneo similis placuit magis area, lunam
Seu quae forma decet, medio cum splenduit ore,
Et circumflexum radios sinuavit in arcum;
Sive in quincuncem juvit describere plantas,
Et triquetrus stetit omnis ager: res pulchra videndo,
Quaeque oculos specie mirè delectet amoena.
Ergo clamosas turbas pertaesus & urbem;
Cum tibi sollicitus timor anxia corda momordit,
Rus pete, & ex alto despectans culmine montis

Ad

(*a*) *Hac ratione, quam fusè tradit Poeta, arundinum satio fieri debet; aut certe solet. Ager ita consitus, dummodo solum sit pingue; iterum conferi nimis sero indiget, cum, arundinibus rescissis, earum radices germinare soleant, nec ad viginti & plures annos emoriantur: siquam verò emori contingat, nova talea, quae illius defectum suppleat, eodem loco inhumatur.*

(*b*) *Decimo, vel ad summum decimo quinto die, postquam taleae inhumantur, gemina toto agro apparent. Quisque talearum articulus novas producit cannas, singulis enim nodis pullulat turio, à quo radix, terrae incumbens, truditur, frutexque emergit.*

Ad circumjectas torque tua lumina valles,
Et campos metare oculis. Juvat arva videre
Confita arundinibus, vento crifpante procaci
Undantem fegetem, finuofa volumina toto
Æquore ut agglomerent; vel cum flat mollior aura,
Et leni afpirans ludit per inane fufurro;
Campus ut obftreperis nutans horrefcat avenis.
Quin fitibunda tibi fi vifcera forte coquantur,
Quis vetat exfectam vicino e cefpite cannam
Vellere, decuffaque prius (namque afpera) fronde,
Vel cultri auxilio, impreffo vel dente medullam,
Nudare, ambrofioque fitim reftinguere fucco?
Sunt, quos membratim totam refecare juvabit,
Quà teres articulis diftinguit nodus avenam:
Fruftula tum, praelo veluti fubjecta, fatigant
Dentibus: admorfofque, & crebris fuctibus hauftos
Exficcant calamos. Verum his & fallere tempus,
Et triftes animi dabitur lenire dolores,
Poftquam enata feges toto jam creverit anno.
  Nunc intermiffus revocat labor, herbaque latè,
Dum tenerae erumpunt, praefocat noxia cannas.
Nunc malè foecundos tempus farrire novales:
Nec runcanda feges femel eft, ter & amplius illud
Urgendum ftudium, donec grandefcat arundo,
Atque adnafcenti queat obluctarier hofti
Viribus ipfa fuis, curae nil indiga noftrae.
  Non tamen idcirco refides ceffate coloni,
Nec jam vos omni perfunctos credite cura:
Sunt aliae peftes, funt multa cavenda pericla.
Caeleftes irae primò, (a) cum faevior aeftus
Ferbuit, aut jufto defcendit largiùs imber.
Utraque dira lues: multo funeftior illa,
Quam tulit immodicus calor: huic ars nulla mederi,
Nulla poteft folers induftria; nam neque fontes,
Aut corrivatas duxiffe canalibus undas
In promptu fuerit, quas vix fuffeceris horto

Areo-

(a) *Interitum cannis inferunt nimius aeftus, & aquarum eluvies. Immodica eluvie, eaque ftagnante putrefcunt, vel, quod plerumque evenire folet, acefcere incipiunt. Nimio aeftu ad imam ufque radicem exarefcunt, ita ut ftirpitus evelli poftulent, magno poffefforis damno.*

Areolaeque brevi, modici quam roris egentem
Urna trientali plenè satiaverit haustu.
Verùm Brasilicos ubi Zona retorrida campos
Findit, & in segetes violentior incidit ardor,
Non mihi septeno si rumpens gurgite Nilus
Arentes undarit agros, enecta resurget
Messis, & elanguens caput intermortua tollet.
Difficilis medicina malo est; res illa saluti
Una fuit, Superum atque offensi Numinis iram
Exorasse piis lacrymis. Vix certior imber
Arva riget, madido quàm cum tibi perpluit ore
Gutta frequens, crebraque gemens prece nubila rumpis.
Nam Deus irriguos potis est de marmore fontes
Ducere, pro libito nimbosas cogere nubes,
Invitisque astris pluvias demittere caelo.
  Bucula quin etiam, & si quando armenta refractis
Sepibus irrumpunt, quantum tibi stragis in hora
Ediderint! quantum lassus sudansque viator,
Dum sedet, & rapta dulces ab arundine succos
Ore bibit, geminatque haustus, iteratque rapinam
Improbus! Interea, denso prius agmine sylva
Qua steterat, spatio male dissociatur inani,
Solaque consurgens medias post canna lacunas
Nec satis a vento, nec se tutatur ab aestu,
Nuda latus, fido nec jam defensa sororum
Corpore, ab insano si vapulet acriùs Euro.
Quid quod & interdum totis incendia campis
Suscitat imprudens aliquis, patulo ore resorbens
Et revomens fumos, duri solatia callis.
  Fictilis, atque diu lento tubus igne recoctus,
Vel nuce, praeduro vel cortice fortè cavatus,
Tuget in alveolum summo tenus ore repandum,
Sed qui paulatim fundum angustatur ad imum.
Pertusum tenui rima latus, inque foramen
Fistula commissa est exemptilis; ignibus illac
Spiramenta patent, fumoque sub ora meanti
Longum iter, ut spatio, atque mora tepefactus in illa
Mitiùs innocua tibi guttura nube vaporet.
Illa viatori chara, & pretiosa supellex
It comes, & lateri, fidus velut ensis, adhaeret.
Namque ubi vicina procumbit anhelus in umbra,
Et reparat vires, tum fistula promitur; ignis

Ex-

Excutitur ; crebro fcintillas fulgurat ictu
Dura filex ; infarta tubo folia arida flamma
Corripit , & longos jaculatur fiftula fumos.
Dentibus ignivomam tenet ille fupinus avenam ;
Maternoque velut dependens ubere natus ,
Sugit hians nebulas , bibuloque reciprocat ore ;
Inque vices modò labra premens , modò preffa relaxans ,
Sorbet , & exfuctam reddit de pectore nubem ,
Fumantefque globos patulis e faucibus efflat.
Inde ubi jam nullos fpirat cava fiftula fumos ,
Oraque deludi fuctu praefentit inani ,
In terram cineres , tepidosque unà excutit ignes ,
Atque abit. Interea neglecta favilla refumit
Saepe novas vires , redivivaque flamma propinquas
Succendens ftipulas , totis contagia campis
Fundit , & integri tibi fpes intercidit anni
Si fapis , ergo procul praeftat metarier arvum ;
Pange via canneta procul , quà femita nulla
Flectat , qua nullus praedas agat inde viator ,
Aut temerè properans fubitos exfufcitet ignes.
  Forfitan exquiras condendae tempus avenae ;
Quae mora , menfe quoto falci maturuit ? Illud
Ufus , & ipfa fatis docet experientia rerum ;
Nam neque Brafiliae (tantum patet) unus ubique
Veris erit , brumaeve tenor ; quin difpare caelo
Æftuat hic , alibi brumali frigore torpet.
Fruftra erit ille labor tempus praefcribere certum
Agricolis , variante folo : tamen ardua fiquis
Fortè Bahienfis profcindis culmina montis , (a)
Sufpice Phryxaeae pecudis cum vellera Phoebus
Prefferit , incipiet cannas tibi tempus humandi.
Urge opus , Œbalios Phoebus quoad ipfe gemellos
Invifat fratres (b) . Humili fin valle laboras ,

K Idem

(a) *Nomine montis Bahienfis non certum aliquem montem ; fed iditiora Bahienfis Provinciae loca defignat Poata. Hanc autem caeteris Brafiliae regionibus , ubi faccharum conficitur , eò cenfuit praeferendam , quod illa & facchari copia , & opificinarum praeftantia reliquis antecellit.*

(b) *In collibus , utpote nimiae humiditati minus obnoxiis , poft primas autumni pluvias , atque etiam ingruente hyeme arundines plantaria folent. Hyems autem Bahienfibus incipit*

Idem ſigna dabit, geminis cum lancibus horas
Ponderat; abſiſtes, Capro cum proximus ibit. (*a*)
Annua creſcendi fuerit mora juſta, ſuumque
Robur habet, ſpatium hoc ubi arundo peregerit. At tu
Parce tamen, falceſque inhibe, nec tempora meſſis
Praecipita, quamquam inſtantes vereare calendas,
Atque ad condictam numeranda pecunia lucem
Urgeat: & quamvis in jus rapiare, vadanti
Vel prudens innecte moram, & vadimonia differ;
Vel bene nummatos pro te ſubmittere praedes,
Quique fide jubeant, cures; vel ſedulus aera,
Ut potes, extrica, conraſoſque undique nummos
Fac promas, quos deinde ſuo cum foenore reddas,
Ne feſtinanti ſegetem corrumpere ferro
Cogaris, juguleſque novi malè providus anni
Spem temerè. Senio dulceſcit canna, priorem
Poſtquam emenſa alio plenè maturuit anno. (*b*)
Vidi equidem in cannas nullo diſcrimine ferrum
Diſtringi, atque uno veluti cecidiſſe ſub ictu
Intègrum nemus, intègros popularier agros,
Seu ſeges impubi vix dum juveneſceret aevo,
Seu natu major, multàque incurva ſenectà,
Saevitum ex aequo eſt, nullique pepercit avara
Dextera. Lethiferam qualis temeraria falcem
Mors vibrat, & caeco metit obvia quaeque rotatu,
Involvens una juveneſque, ſeneſque ruina.
Imprudens! quid enim reliqui tibi meſſe futura
Feceris? hinc alii quin tu jam proſpicis anno?
Cumque propinqua tuis inviſens praedia, dulcem
Hic praelo extundi, ſubjectoque igne liquorem

Fer-

ineunte Junio: autumnales vero pluviae ſub ipſum aequinoctii tempus, menſe Martio.

(*a*) *In pratis, utpote humidioribus, cannae medio vere, aut aeſtatis initio ſeri debent. Qua de cauſa earum ſatio, ut innuit Poeta, his in locis ita debet inſtitui, ut ſub finem Septembris incipiat, nec ultra medium Decembrem prorogetur.*

(*b*) *Arundo ſaccharifera, licet unius anni ſpatio ad juſtam longitudinem excreſcat, nunquam tamen niſi poſt annum perfecte matureſcit. Si vero intra biennium non reſcindatur, nullo exinde habetur pretio: nam, ſenſim deficiente humore, marceſcit, fitque ſaccharo conficiendo prorſus inepta.*

Fervere, inque suas concrescere sacchara metas
Videris; heu totos tunc te stravisse novales
Poeniteat! malles aliquid servasse repostum,
Unde tibi exsudent rorantia praela quotannis,
Et madido illacrymans canna angustata trapeto
Strideat. Ex aliis alias tu suffice messes,
Si sapis; alternis haec stet, cadat illa vicissim,
Spemque tuam refove, calamoque superstite lacta
Semper, & incerti subeat te cura futuri.
  Jam quae praesenti capitis damnaveris anno
Jugera, fac denis saltem tibi mensibus octo
Addiderint (*a*): falces tum fas acuisse recurvas.
Armatas immite manus, immitte cohortes
Messorum, quibus ad solitam sua classica pugnam
Cum cecinere, ruunt alacres, & cominus hostem
Hastatum feriunt, falcatisque ensibus instant (*b*).
Hi sternunt, alii subeunt, & pone legentes
Stratorum spoliis inhiant, sparsimque jacentum
Corpora in exstructos confusae stragis acervos
Accumulant; miscere manus; torquere lacertos;
Collato pugnare gradu; caesimque ferire
Adproperant; suus hic veluti de vulnere sanguis
Subsequitur, dulcique madet falx perlita rore.
Non impune tamen, nec inulta recumbit arundo,
Fronde sed in longum mucronem abeunte metentes
Excipit: ah! multos illa undique surgit in enses,
Nec tangi facilis tractandoque aspera, saepe
Instantes atro vibice redulcerat hostes,
Illataque suas compensat clade ruinas.
Nec minus idcirco impavidus per jugera latè
Messor eat, ferroque viam eluctatus apertam,
Sternat arundineae frondosa cacumina sylvae,
Donec ad extremam victor pervaserit oram.

K ii   Nec

(*a*) *Illae tantum arundines, si fieri potest, quotannis metendae, quae decimum octavum mensem expleverint; hoc enim tempore, nisi aliud soli vitio contingat, omnes ad perfectam maturitatem deveniunt.*

(*b*) *Messores unicuique arundini duplex vulnus infligunt, alterum circa fundum, alterum in ipso geniculo. Primo cannam a radicibus separant; altero illius cacumen abscindunt, quod in eo aqueus quidam humor contineatur.*

Nec labor ille minor caesas, campoque jacentes
Sublegere, inque suos cannas compingere fasces.
Vincla procul ne quaere tamen; nam molle cacumen,
Atque adeo in laqueos trahitur coma lenta retortos.
Hos adhibent funes; cannas & fasce sub uno
Bis sex constringunt, plaustrisque gementibus addunt;
Sin interjecto procul absint flumine praela,
Lintribus, aut cymba cumulant vectanda capaci;
Atque hic jam lectis labor ultimus instat avenis.
Excipit hospitio devectas undique cannas
Alta domus tectis, spatioque amplissima toto:
Hic locus est praelis; hic surgit aquaria moles (a).

Est

(a) *Hujus machinae, quae paulo inferiùs ab Auctore describitur, totam hic structuram explicare juvat, ut quae ille vel tantum indicavit, vel ex aliis conjicienda reliquit, facilius innotescant. Mola igitur, seu praelum aquarium hac ratione construitur. In amplissima domo, quae cannis recipiendis, praeloque erigendo latè sufficiat, quatuor ex ligno columnas, easque solidissimas, quadrato ordine collocant, humoque altè infigunt. Columnis quatuor deinde tigna sic imponuntur, ut illas aptè connectant, & quadratum altera parte longius efficiant. Brevioribus tignis duo alia respondent solo proxima, quibus ingens truncus, quem* ponteni *appellant, utraque extremitate incumbit: longiora vero tribus aliis tignis, aequaliter distantibus in medioque perforatis inter se nectuntur. His totidem subjiciunt magnae molis cylindros, ex solidissimo ligno confectos, in medio dentatos, ferreisque laminis obductos, qui aerea cuspide* ponti, *etiam aerato, insistunt, superioribusque tignis quadam veluti collo inseruntur. Cylindri, utpote cannis premendis destinati, sic statuuntur, ut ille, qui medium obtinet locum, alios impactis invicem dentibus circumagere possit, eosque caeteris etiam partibus ferè contingat. Collum, sive pars axis superior, quae in cylindris lateralibus vix supra tignum apparet; in alio longe altiùs assurgit, magnaeque etiam rotae, quae cylindris imminet, axis loco inservit. Hujusmodi rotae, quae partem inferiorem dentatam habet, alia subjicitur longè minor, priori contigua, dentibus in eam obversis, idoneoque tigno arctè connexa, quod duobus innixum fulcris in longum excurrit, alteroque capite, quo extra domum protenditur, eximiae magnitudinis rotae axem suppeditat. Ingens haec rota aquae impetu, quam ex alto dela-*

Eſt rota praegrandis primò , exceptura ruentis
Pondus aquae , radiis compacta trabalibus , axique
Affixa , aerato qui cardine utrinque recumbit.
Porgitur e medio , & procurrit ſtipite longo
Axis ; ad extremum breviore minuſcula gyro
Altera fixa rota eſt , totum dentata per orbem.
Haec motum primae , totus quò volvitur axis ,
Verſus humum ex alto ſequitur vertigine tarda ,
Et quoties redeunt ſurſum certo ordine dentes ,
Mordicus impingit vicini dentibus orbis :
Extat enim , atque ſinu ſupereminet orbita vaſto
Tertia , quam , vacuo librata quòd aere curſus
Circuit inſtar avis , meritò dixere *volantem.*
Iſta , rotae quoties morſu eſt correpta minoris ,
Pulſa agitur circum , ſecumque revolvit & axem :
Suppoſitos demum ipſa movet revoluta trapetes.
Robora terna (gravi quae lamina veſtiat aere ,
Quaeque rotundanti dextra faber ante dolarit ,
Et medio extantes cingant , apto ordine , dentes)
Intra arcam , ex quatuor quae poſtibus arte locatis ,
Atque ſuprà innexis ſit firmè condita tignis ,
Limite ſtent recto , tignis inſerta supernè ,
Et verubus ſubnixa ſuis : ea torcula ſunto.
Supremae illa rotae ſubſunt tria robora , motum
Atque inde accipiunt ; etenim rota concita , gyros
Dum peragit , medium valido rotat axe cylindrum ,
Admorſosque alios is tandem pellit in orbem.
Verum ita contiguis in mole tricorpore tergis
Ligna revolvuntur , tenui ut diſcrimine diſtent ,
Nec digitos impunè ſinant ; nam ſaepe terendas
Dum cannas aliquis , dextra pigritante , trapeto
Subjicit imprudens , nec tanta pericula cavit ,
Heu ! digitum ſubito correptum vidit hiatu.
Extemplo digitum manus integra , tota ſequuntur
Brachia , & omnino diffractis oſſibus omne
Corpus eat , ſcatebram niſi quis diſcludat aquarum ,
Deciduosque ſuo repreſſerit objice fontes.
At feram fortaſſe tulit res illa ſalutem :

Eli-

pſam quibuſdam cavitatibus excipit , non circumagitur modò , ſed ea ratione , quae a Poeta exponitur ; caeteris etiam rotis , ipſisque praelo motum impertit.

Elicibus quamquam clauſis nihil affluat undae,
Mota tamen curſum, coeptumque rotatilis orbem
Machina ſponte ſua, nullo impellente, peregit,
Dum motus prior ille, & vis impreſſa relanguet.
Nil ſatius, ſtricto quàm ſiquis acinace captum
Abſciderit cubitum, ne caetera membra trahantur.
Inſidioſa quies malè tunc obrepſit ocellis;
Pervigilant, quibus obtigerit ſors illa; canentes
Excutiunt pariter ſomnos, falluntque laborem.
Fabellas patrio longas ſermone retexunt,
Munera partiti; cannas huic ſubdere praelo
Sorte datum; expreſſas rurſum ingerit ille, liquoris
Et ſiquid reliqui eſt, ſuccumque exactiùs omnem
Elicit; exuvias, exſuccaque fruſtula demum,
Angentem poſtquam tulerint bis preſſa trapetem,
Colligit, exportatque alter, cumuloque reponens
Aggerat immiſſis gratiſſima pabula flammis,
Unde petant, ſteriles quo foecundentur agelli,
Agricolae cinerem. Uſque adeo nil prorſus ineptum
Utilitate vacat, nullo nec profuit uſu,
Dummodo cura ſagax, minimèque induſtria deſit.
  Dum pleno totum curſu Sol circuit axem,
Vicenas & quinque vehes exſugit onuſtas
Machina non ſegnis: lento pede tardiùs ibunt
Acta gradu tibi praela boum (*a*), mora ſed tulit illa
Grande operae pretium; meliùs ſiccatur arundo
Inter cunctantes compreſſa diutius orbes,
Quàm curſim & celeri vix delibata rotatu.
Adde, quòd interdum juſto plus defluit humor,
Quantum nulla ſatis capiant, nec ahena coquendo

Suf-

(*a*) *Alterum praeli genus hic indicatur, cui boves, aut equi adhiberi ſolent. Hoc praelum ab altero, quod aquarium vocant, in eo differt, quod nullis conſtat rotis; ſed earum loco duos habet radios, quorum ope in gyrum agitur. Utramque radium ſuppeditat unum idemque lignum, quod longiorem axem, paulo ſupra cylindrum, aequaliter ſecat, & utraque extremitate innectitur duobus tignis, quae poſitu ad horizontem inclinato, à ſummitate ejuſdem axis deſcendunt, ad imumque pavimentum ferè pertingunt. Unicuique tigno ſingulos aſſeres, eoſque tranſverſè poſitos, inferiori parte annectunt; hiſque boves aut equi junguntur, qui praelum vertant.*

Sufficiant, ſuperetque manus, ſuperetque miniſtros;
Quem tempeſtivus niſi perpurgaverit ignis,
Degenerem certe capit inſincerus acorem;
Vappa fit, & nulla ſatis emendabitur arte.
Partito res eſt ita diſpenſanda labore,
Ut quantum humoris vice quavis praela liquarint,
Tantum flama tibi purgare, & ahenea poſſint.
  Quare age in oblongum, patulo quod margine praelis
Subjicitur, dulcis primo fluat humor, ahenum (a),
Nullae illum flammae, nulla hoc incendia labro
Exagitant: aptus procurrit at inde canalis
Ligneus, ignivomam properet quo ſuccus in aedem.
Scilicet haud longè, ſenis ſuffoſſa caminis,
Æſtuat, impoſitisque ignes occludit ahenis
Ampla domus. Clauſis quovis ſub fornice flammis
Bina feneſtellae geminae ſpiracula laxant.
A latere exciſus paries ſena oſtia pandit,
Quà vi & praeduris fermè nemora (b) integra contis
Inducunt famuli. Vegrandia robora primò
Obtrudunt, atque illa rogis fundamina ponunt.
Tum cumulant exciſa ſuis ramalia truncis,
Arenteſque addunt ſtipulas, quò grandior ignis
Ardeat, & crudum permiſcens flamma liquorem,
Criſpet in ampullam, & bullantibus aſperet undis.
Prima haec ſecernit craſſam ebullitio faecem,
In labra ſumma vocans; quin & quae plurima fundo
Seſſitat, undanti per ſe deſpumat aheno.
Nec minus interea foedam capulator amurcam,
Et paſſim innantes cribro legit undique ſordes:
Ferventemque diu verſanſque, agitanſque lebetem
Egerit, infecti quae ſubſedere liquoris.
Additur & ſitulis acris lixivia plenis;
Il-

(a) *Cannarum ſuccus, quandiu exprimitur, in vas quoddam fluit praelo ſubjectum, quod* pontem *quem vocant, longitudine aequat, ſuperiorique parte, qua eſt omnino apertum, eximiam habet latitudinem. Inde ligneo canali aliam in domum deducitur, ubi igne purgatur, & in ſaccharum tandem concreſcit.*

(b) *Certè his ignibus tantum ſuppeditatur materiae, ut a viginti ad triginta lignorum vehes, prout cruditas liquoris expoſcit, quotidie inſumantur.*

Illa recrementa, & fiqua ejectamina reftant,
Excernit : mediam prior hic labor integrat horam.
Purior at poftquam fpuma albuit, inque minores
Detumuit bullas, in ahenum ftrenuus infer
Vicinum dulces latices, coeuntia nondum
Sacchara; purgandae tunc exquifitius omnes
Relliquiae; & lentè ad purum vitium omne coquendum;
Cribrum immerge iterum, fpumas lege rurfus inanes,
Quas modica fitiens fi quifquam diluat unda,
Arentes grato fauces humore rigarit.
Dum fluitat labro dulcis liquor, exere cola,
Et cribata alio diftendens lintea vafe,
Qua rarefcentes pandit textura meatus,
Illum tranfmittes : quae pars fubtilior, ibit;
Stabit, & in colo fidet, quae craffior, imo:
  Sic percolatum curant denfare liquorem,
Incenduntque novos ignes; nova ahena parantur,
Mole minora aliis, magnasque imitantia pelves.
Munus cuique fuum; nam pelvis prima receptos
Perpurgat latices; tum decoquit altera; blandè
Tertia condenfat; denfatos acriùs urget,
Ac lento fimiles tandem efficit ultima vifco.
Arte opus hic : operum haud fegnes vigilate magiftri;
Et vires nervosque omnes intendite : nufquam
Culpa magis nocuit, ftetit aut incuria tanti.
Saepe tot exhauftas curas; durofque labores
Ludit inexperta tyrunculus arte magifter.
Artifices res illa manus, longoque repofcit
Edoctas ufu. Connifi corpore toto
Praelongo fuffixa gerunt cochlearia conto,
Et verfant utraque manu; recidiva praealte,
Vicenofque pedes fuperas evecta fub auras
Sacchara propellunt, revolutaque rurfus eodem
Praecipitant, merfantque cadis, & faepe volutant,
Concutiunt, mifcent, confundunt, omnia verfant.
Haud fatis haec : frigens ferventia facchara ahenum
Excipit, ut nimium fenfim tepefacta calorem
Deponant; flammifque procul fejuncta; novoque
Incipiant verfata diu concrefcere motu.
Spiffandae mirum valet haec agitatio maffae:
Cogitur, & motu quaffante tenaciùs haeret,
In glutenque coit, cruftisque ex parte rigefcit.

Ut

Ut ſatis obductum cruſtis, & pene liquorem
Concreviſſe vident denſatis partibus, illum
Fictilibus condunt formis (*a*), quae cuſpide terrae
Inſiſtunt, ſuperaſque baſi vertuntur ad auras,
Et totidem inverſas referunt longo ordine metas.
Vaſa dein ſublime locant, longiſque reponunt
Aſſeribus, quà aditum fundo apta foramina pandunt.
Hic poſitis, creta replent ſumma ora madenti,
Argillaque linunt: ea res ſubfuſca repurgat
Sacchara, & in niveum revocat diluta colorem,
Haec olim, vulgata fidem ſi fama meretur,
Alite felici inventa eſt ars; namque repertam
Gallina praeeunte ferunt, cretaeque linendae
Commonſtrante uſum, pedibus dum forte lutoſis
Percurrit, madidoque excalpit ſacchara roſtro.
Qua cretoſa pedum poſuit veſtigia, latè
Candicat, & reliquis pars diſcolor illa pruinas
Retulit; idque aliquis forſan ſpeculatus in uſum
Vertit, & albenti nituerunt ſacchara cultu.
Ne minus eniteat candor, nec pondera metis
Decreſcant nimium, & fallant ſua vota colonos,
Haud creta utendum temere, cum ſacchara formis
Vix coiere ſuis, integra ſed altera ſaltem
Expectanda dies, qua frigore tota rigeſcant.
Mox, quà pertuſo vaſis pars ima deorſum
Porgitur e fulcro, rimaque fatiſcit, eundum
Coeca bipalmari metae ſub viſcera clavo,
Ut male concreti (*b*) latitat quodcumque liquoris;
Hàc fluat, & varios alibi ſervetur in uſus.
Hoc ubi perficies, uda tum perline creta,
Quam tibi flumineus largè madefecerit humor,
Sacchara, & oblongos (niſi ſtraveris ante) canales
Sterne ſolo, qui mella (*c*) ſinu fluxura receptent,

L Ef-

(*a*) *Haec vaſa, in opificinis Bahienſibus, quinque pedes alta eſſe ſolent; oſque habent ſatis amplum, cujus diameter duos ſaltem palmos adaequat.*

(*b*) *Concreſcente ſaccharo liquidoe perſeverant quamplurimae ipſius particulae, quae totam ſacchari maſſam humiditate ſua, & pinguedine offuſcant. In his diluendis detergendiſque, ut multis videtur, tota vertitur ſacchari purgatio.*

(*c*) *Flavus dulciſque humor, qui e ſaccharo, dum purga-*

Effossisque altè jubeant stagnare lacunis.
Namque ubi sacchareos, lympha vectante, recessus
Lenta subit, sensimque omnes argilla meatus
Affrictu laxat, sudor fluit undique rivis
Melleus, & flavos emittunt sacchara nimbos.
At cave, ne totam; quanta est, undare lacunam,
Replerique sinas: placidam servare quietem
Saepe latex nescit, fundoque assurgit ab imo
Spumeus, atque datos audet transcendere fines.
Huic tamen est medicina malo, furiisque domandis
Proderit expresso guttatim aspergere citro,
Cum furit, humorem, donec sensim excoquat iram,
Et posito clausus discat requiescere motu.
  Cum tandem abrupto cessabunt sacchara fluxu,
Nullaque suppositos intinget gutta canales,
Tempus & argillae crustas, quaecumque supersunt,
Vellere, & exacte summas abstergere metas.
Non satis haec: apto male candida sacchara ferro
Ad palmum effodies, effossamque undique vasis
In libra diduces, structo velut aggere, massam.
Sic faciles aditus humentia sacchara praebent
Aeri, & imbibitas exhalant promptiùs undas.
Tum, postquam veniens ter pandet Lucifer orbem,
Cuncta suis compone locis, compressaque rursus
Unge luto; & quoties tibi claudet Vesper Olympum,
Perge fovere manu, tenuique rigare fluento.
Ast ubi sacchaream fieri sic vase minorem
Aspicies metam, ut palmo subsiderit, undas
Addere parce novas, residem procul abjice cretam,
Et sine, dilutas emittant sacchara faeces,

Ad-

tur, identidem fluit; mellis *nomine in Brasilia vocari solet. Hoc ipsum nomen, ut aliquid usui patrio concederet, hic atque alibi usurpat Auctor, vel (quod Poetae solent) quadam rei similitudine ductus, vel Plinii secutus exemplum, qui saccharum Indicum, huic nostro non prorsus absimile,* mel in arundinibus collectum *appellat. Eadem mellis appellatione, qua utitur Poeta, usus antea fuerat Gullielmus Pison Hollandus, qui de saccharo latinè scribens*, Vasa, *inquit*, a melle, quod sub fusco antea colore saccharum tingebat, repurgantur. *Vid. Plin. Hist. lib.* 12. *c.* 8. *& Pison. de simplicium facultatibus lib.* 4. *c.* 1.

Adque suum redeant, lympha minuente, rigorem.
Interea recoqui, si fortè juvabit, ahenis
Mella prius collecta jube; concussaque motu
Assiduo, cum pigra fluent, sub vasa recondes
Fictilia, inque novas cernes concrescere metas (a).
Haec simili argilla, rituque linuntur eodem
Sacchara, quae tantum primis albedine, quantum
Pondere concedunt, effoetaque mella resudant,
Degeneres latices, nec sacchara plura daturos.
Tum quoque fas (alius si fors tibi displicet usus)
Condere mella cadis, & condita solvere lymphis,
Ut largè diluta, suo cùm tempore acescent,
Clibanus excipiat, lentique inclusa metallo
Attenuent ignes; donec sub culmine vasis
Paulatim collecta, fluant per devia rostri,
Et tandem austerum reddant stillata saporem.
Quantum haec mancipiis arrident pocula! Nummos
Undique conradit plebs Afra; cibaria, vestes,
Quae labor, ingenium, fortuna vel attulit, aere
Distrahit exiguo, cyathis quò guttura largis
Proluat, heu! nimio quamquam saepe ebria potu,
Immanem subeat duro sub judice poenam.
Sacchara seu recoqui lubeat, seu pocula servis
Grata pares, seu forte juvet res utraque, curam
His adjunge aliam, sudantes visere metas,
Observans quo lenta fluant purgamina cursu.
Labilis ex toto postquam cessaverit humor,
Quo purgata suis excludas sacchara formis
Tempus adest, ni forte pluat, Phoebusve nigrantem
Conditus in nubem venturos nuntiet imbres.
Nam formis excussa solent invadere cultro,
Frustatim caedunt, purique ad luminis auras
Exsiccanda locant, donec penetrabilis aer,
Et, quidquid superest humoris, dissipet aestus.
Ergo, mane novo, nudas tibi sistere metas
Alta super tabulata jube: quot surgere contra
Aspicies, totidem diverso e marmore caesas
Pyramides tibi stare putes. Haud omnibus idem

Est

(a) *Secundarium hoc saccharum, nullo adhibito lixivio nullisque ablatis sordibus, sed, ut superiùs innuitur, sola collecti liquoris decoctione, concussioneque conficitur.*

Eſt candor ; niveis haec albicat aemula cycnis ;
Illa minùs candet ; quin & pars maxima plures
Exhibet , aſpectu varios pretioque , colores.
Tota refert candore nives baſis ampla ; nigreſcit
Summus apex ; medio variatam corpore maſſam ,
Mixtaque ſubfuſcis malè candida ſacchara cernes.
Non equidem , non iſta ſimul miſcenda , locique
Inſolanda tibi nullo diſcrimine ; partes
At ſaltem in geminas ea divide : ſacchara fines
Alba ſuos , proprias habeant non candida ſedes.
Hinc , velut areolis deſcribere villicus hortum
Doctus amat , tonſaque vias diſtinguere buxo ,
Sic tabulata priùs , rata per diſcrimina , quadris
Deſcripſiſſe juvat , diverſaque ſacchara certis
Ponere quaeque locis. Huc indita fruſta minutim
Caedito , nec pigeat raſtello evolvere , & omnem
Quae prodeſſe ſolet , ſiccandis addere curam.
Nec mora longa : die , quò fruſtula ritè vaporent ;
Haud opus eſt ſolido , quoties Titania lampas
Illuſtrat puro ſubjectas lumine terras.
Omnia cum penitus , diſperſo humore , rigeſcunt
Sacchara , poſtremum vernarum tuba laborem
Expediunt : pars fruſta legit ; pars vaſe reportat ,
Ponderat & libra ; longis pars altera ciſtis
Condit , & alternè geminato verberat ictu ,
Piſtilliſque premit , donec cava robora tandem
Repleat , & validis affigat operçula clavis.
Ultimus hic labor : hoc plures ſervantur in annos
Sacchara , nec tantum patriis commercia terris
Deliciaſque parant , verùm & trans aequora ſummo
Vectantur pretio , magnisque impoſta carinis
Trans Abilam & Calpen , gelidaſque feruntur ad Arctos.
Quare haec , Braſiliae quam donant nomine , tellus
Non magis a populis laudatur ubique remotis ,
Ligna quòd eximia enutrit , pretioſa quòd altis
Balſama profundit ſylvis , quòd foeta metallis ,
Gemmarumque ferax , adamantes gignit & aurum ,
Quàm quòd ſacchareis oneret convivia donis ,
Ambroſiiſque epulis utrumque beaverit orbem.

Explicit Liber Ultimus.

EXCELLENTISSIMO D. D.

ALOYSIO EUSEBIO
MARIA DE MENESES
PRIMI ORDINIS INTER LUSITANOS PROCERES
OPTIMATI

Romae nato 19. *Kal. Septemb. anni* 1780.

CARMEN GENETHLIACUM.

VAti Helicona, Deae, ſacroſque recludite fontes;
Magna cano, quae Roma caput de collibus altis
Attollens, plauſuque fremens; quae Lyſia longè
Audiat exultans; & laeto murmure Tybris,
Et pater ipſe procul celebret Tagus aurifer undis:
Nox erat, & placide infuſum per membra ſoporem
Carpebam, cum me in ſomnis rapit entheus oeſtro
Spiritus inſolito, atque Urbis per compita ductum
Regifici tandem bipatente in limine tecti
Siſtit ad Exquilias; Junoni ubi fagina quondam
Silva fuit ſacra Licinae (*a*). Vix aedibus illis
Subſtiteram, cum mira oculis atque auribus hauſi
Multa meis. Tantum inprimis ea in atria vidi
Concurſum fieri, quantus vix adfuit olim,
Cum fuit ingreſſus ſervatam Horatius Urbem (*b*)
Ampla ferens ſpolia, & magno certamine victor
Hoc ipſo ducens inſignem colle triumphum.
Vidi conciliumque frequens, magnumque Deorum
Conventum: hìc Mars armipotens: Caducifer illic
Stabat Atlantiades; aliaque intonſus Apollo

M Par-

(*a*) *In Colle Exquilino fagutal fuit Junoni Lucinae ſacrum.*
(*b*) *Ex Curatiorum pugna victor Horatius per collem Exquilinum egit triumphum.* Vid. Tit. Liv.

Parte aderat, viridi redimitus tempora lauro:
Et circùm Aonides, gratiſſima Numina, Divae.
Ecce autem ex ſacro, qui non procul, excita luco
Praeſidio adventat Charitum ſtipata, domique
Interius conclave petens, Lucina reviſit
Haerentem thalamo dominam, primique labores,
Et gravia inſuetis ſubeuntem incommoda partùs.
Accedit, mollique manu Dea ſublevat aegram,
Atque enitentem juvat: inde ad luminis auras
Felici egreditur partu pulcherrimus infans.
Tum vero puerum egregia de matre canentes
Excepere ſinu Charites, fotumque tulerunt
In gremio: plauſu geſtit domus alta, patriſque
Magnanimi tacitum pertentant gaudia pectus.
Laetitia exultat mox concio tota Deorum
Adſtantum, natoque recens munuſcula defert.
Mars clypeum, parvumq; enſem, galeamq: comantem,
Loricamque dedit rutilantem, auroque rigentem
In ſquamas: atque, haec tua ſunto crepundia, dixit,
Magne puer: tibi reptandum per ſcuta, per enſes,
Ut magnos imiteris avos, quorum inclyta claris
Luſiadum in tantum attollit ſe gloria geſtis.
Tum ſic Mercurius: proavos urbana ſequutos
Reddere ſi mavis, inquit, magnumque parentem,
Remque domi gerere, & faſces capere, atque regendas
Urbes ſuſcipere; aut Luſi mandata Tonantis
Perferre, & magnis legatus Regibus ire.,
En tibi conferimus talaria noſtra libenter,
Largimurque artem fandi, virgamque potentem
Tradimus. Interea cithara crinitus Apollo
Perſonat aurata: reſponſant ordine Muſae,
Alterniſque canunt clarae praeconia gentis.
Celſa ut principium domus alto a ſanguine regum
Deducat, ſceptris innixa potentibus; utque
Ductores Marte inſignes, & fumina belli,
Ut ſummos dederit patriae heroaſque patreſque.
At voce ante alias, & docto carmine praeſtans
Calliope praeit, alta ſonans, ac talibus infit.
Macte hac laude, puer: patria eſt tibi maxima Roma;
Te tamen ipſa decus ſibi Roma acquirit alumno.
In te Scipiadaſque ſuos, in te illa Camillos,
Marcellos, Druſos, Fabios, magnosque Catones

Suſpicit, & Decios, & quotquot lumina belli,
Atque domi patriam decorarunt: tu quoque Martem
Armaque tractare, & populis imponere leges,
Atque Orbem domitare, anima o Romana, memento.
 Hoc ego Calliopes dulci modulamine captus
Haerebam, cum mentem aliò improviſa vocavit
Atque oculos ſpecies: namque omnia viſa repentè
Splendere; apparetque praealti in vertice montis (a)
Templum immane ingens, gradibus cui limina centum
Marmoreis ſurgunt; multumque aſcenſus ad illa
Difficilis. Vidi multos adrepere anhelos,
Vique omni eniti: ſed pauci ſumma tenebant.
Quae dum contemplor, ſtriderunt cardine moto,
Atque altae patuere fores ſolido aere rigentes.
Intus opes, & gaza ingens; variaeque columnae
Joniae atque Corinthiacae; caelataque in illis
Fortia facta ducum: pendent laquearibus altis
Haſtaeque, enſesque, & thoracum, immania texta,
Ingentes clypei, galeae, vexilla, tubaeque,
Armorum genus omne; virum quoque plurima in aere
Hic ſpirant ſimulacra modis rutilantia miris.
At ſibi ſacratum complebat numine templum
Diva potens, ſolioque ſedebat Gloria in aureo
Sceptra tenens, Tyrioque nitens ſublimis in oſtro.
Thure olli centum hinc atque hinc altaria fumant.
 Haec dum oculis luſtro, ſolio (mirabile viſu)
Proſiluit, puerumque petens Dea fovit in ulnis
Arridens, nec non templi ad penetralia duxit,
Signa ubi Luſiadum heroum referentia vultus
Adſtabant: hic Diva parum ſubſiſtit, & ore
Blandiloquo dulcem ſic eſt affata puellum.
Nunc age, chare puer, gratis & munere noſtro
Has aedes, atque haec ſancti penetralia templi
Ingredere, & tacito perluſtra ſingula viſu:
Tempus erit, cum te meritis ingentibus iſthuc
Invehat, & magnis heroibus aemula virtus
Adjungat: donetque perennem hic ducere vitam.
Tu modo virtutem, & famam, & decora alta tuorum
Diſce puer, teneriſque aſſueſce invictus ab annis
Tendere iter, quod Luſiadum veſtigia ſignant,

(a) *Templum Gloriae.*

Quodque tibi virtus praeſtantum monſtrat avorum.
Ille (viden?) jaculo clavaque inſtructus, in aere
Torva tuens, vaſtoſque indutus pellibus artus,
Ille eſt turmarum ductor Viriatus agreſtum,
Romanas aquilas qui fregit, & agmina fudit,
Ductoreſque fuga Latios dare terga coegit.
  Haec autem, aeternum ſtatuis quae vivit ahenis,
Heroum ſeries, quorum vel nomina longum eſt
Dicere, ſunt patriae clariſſima lumina, belloque
Illuſtres animae, quarum ſe Lyſia factis
Ad coelum extollit; genteſque it clara per omnes.
Hi plagam extremam Libyae exitiumque tulerunt;
Anguſtoſque lares pertaeſi, agroſque paternos,
Magnum parva manus ferro, atque ingentibus auſis
Imperium peperere ſibi, atque uberrima regna.
Hi cum belligeris quamplurima Martis Iberis
Praelia ſuſtinuere armis victricibus: ibat
Caede tumens, multo rubefactus ſanguine Baetis.
Hi maria emenſi nautis incognita, terras
Aurorae domuere, & rubri littoris oras,
Ultra Arabum populos, ultra Carmanas & Indos
Luſiadum imperium, & victricia ſigna ferentes.
  Sed quid ego hic multis te demoror? illa tuere;
At te quae proprius ſpectant, atavoſque parumper
Diſce tuos: tres illuſtres procul aſpice reges,
Unde domum, clarumque genus longo ordine ducis (a)
Ille tenens ſceptrum, trabeaque inſignis Ibera,
(Cerne) Fruella ille eſt, primus tibi ſanguinis auctor.
Tum duo, regali quos majeſtate verendos
Stare vides, ſanguis ſunt & tuus: aſpice clarum,
Qui tenuit quondam Legionis ſceptra, Ramirum;
Aſpice Garciam rerum regnique potitum
Navarrae. Nunc Marte Duces, bellique magiſtros

Con-

(a) *Excellentiſſima haec domus deſcendit a D. Tellio Pireſio de Meneſes, Optimate aetatis ſuae potentiſſimo, qui paterno genere fuit ſextus nepos D. Fruellae 2. Regis Legionis; materno autem 5. nepos Regis D. Ramiri 2. Hic Tellius uxorem duxit D. Grontrondem Garciam neptem D. Garciae Regis Navarrae.*

Ex hac clariſſima domo fuit D. Eleonora de Meneſes Regina Luſitaniae, uxor Regis D. Ferdinandi.

Contemplare : tibi en primus ſe ſe objicit heros (*a*),
Qui gladio aſſurgens Mauruſia terruit arva ,
Atque idem appellens Phoebi naſcentis ad oras
Ormuſium ferro domuit ; juſſitque rebelli
Ferre jugum collo , & Luſis parere coegit.
Aſpicis ? en ſpirat Meneſius alter in aere (*b*) ,
Ille quidem prima ſignans lanugine malas ,
Bello acer , pollensque , vel in florentibus annis ,
Mente & conſilio juvenis ; vitae integer idem ,
Juſtitiaeque tenax , & ſervantiſſimus aequi.
Hujus fulmineo Malabaria corruit enſe ;
Et ſenſit Coulete gemens , ſenſitque Panane ,
Henrici ultoris quid dextera poſſet in armis.
Sed quo me rapis , o ſacrae cui tempora vittae
Advelant , canoſque decens premit infula crines ,
Chriſticolae gregis o cuſtos , & paſtor Alexi (*c*) ?
Et Goa , & ipſa memor Malabarica te canit ora ,
Quam ſacro innitens baculo indefeſſus obiſti ;
Tum reducem ex Aſia , Primatum Bracara ſedes
Excepit gaudens. Pietas te cognita ubique ,
Te clarum alma Fides , immortalemque ſacravit.
At quis vos tacitos , duo nomina clara , relinquat (*d*)
Fer-

(*a*) *Ut praeteream quamplurimos ex hac familia clariſſimos viros , domi militiaeque de patria optime meritos ,* **D.** *Duarte de Meneſes primum Tingitanae arci in Africa praefectus praeliis, ac victoriis in Mauros claruit ; inde ad Orientem profectus Ormuſium armis ſubegit.*

(*b*) **D.** *Henricus de Meneſes Indiam adminiſtravit juvenis vita , moribuſque integerrimis , virtute autem & peritia rei bellicae ſingulari , oram Malabaricam , Coulete , & Panane Luſitano imperio adjunxit. De utroque mentionem facit perhonorificam Camoens Cant.* 10.

(*c*) **D.** *Alexius de Meneſes Goae primum Archiepiſcopus , oram Malabaricam ſacris excurſionibus laborioſus Paſtor obivit ; ſcripſit ſynodales ſanctiones , quae plurimi fiunt , & in iis regionibus hodieque ſervantur : deinde Bracarenſis Archiepiſcopus , egregia utrobique pietate , & eximiis in eccleſiam meritis floruit.*

(*d*) **D.** *Ferdinandus de Meneſes* 2. *comes Ericeirenſis , fuit ſupremus in curia Luſitana judicum praefectus ; Tingi praetor, & ſupremus armorum imperator. Illuſtrem poſt ſe memoriam reliquit ob merita praeclara , praeſertim in bellis Italico , Tran-*

Fernande ac Lodovice, manu ingenioque potentes?
Vos aequè calamum atque ensem tractare periti
Scripsistis compte ac nitide gesta inclyta, nec non,
Quae scriptis mandanda forent, gessistis uterque.
Jam verò spatiis qui te propioribus ante
Vixerunt, condisce puer: Ludovicus (a) & ense,
Et calamo insignis se se tibi in aere videndum
Exhibet; hunc prope Franciscus (b), victricia lauro
Tempora cui Mavors, cui lauro cingit Apollo.
Extremum nunc cerne virum, quo clauditur ordo
Praeclarorum atavum: fuit iste acerrimus armis,
Consilioque potens Ludovicus (c): hic agmine cinctam
Hos-

stagano, & Tingitano. Litteris etiam perquam eruditus, latine scripsit de rebus Joannis 4. & de bello Tingitano.

(*a*) D. *Aloysius de Meneses bello aequè strenuus ac fortunatus varia & valde conspicua obivit militae munera, & in iis supremam rei tormentariae praefecturam. Interfuit praeliis S. Michaelis, Elvensi, Ameixialensi, & Montium clarorum; & expugnationibus Valentiae, Alcantarae, aliorumque oppidorum, magnam in iis expeditionibus sibi gloriae partem adeptus. Scriptor elegantissimus historiam sui temporis inscriptam:* Lusitania recuperata: *lingua patria nobis reliquit; Hispana vero vitam Georgii Castrioti.*

(*b*) D. *Franciscus Xaverius de Menefes 4. comes Ericeirensis, magna famae, & nominis celebritate bellum administravit imperator exercitus. Idem litteris apprime excultus, & poeta egregius, soluta & ligata oratione multa concinnê scripsit, & publicis litteris prodidit.*

(*c*) D. *Aloysius de Meneses 4. comes Ericeirensis (pater Excellentissimi D. D. Henrici de Meneses, qui nunc Romae commoratur Reginae Fidelissimae apud S. Sedem cum summa potestate Legatus) cum esset tribunus militum legionis Serpensis, arci Campi majoris, quam Hispani obsidione cingebant, auxilio ivit, & in eam magna dexteritate ac fortitudine praesidium intulit. Indiam prorex magna prudentia, & felicitate administravit; unde in Lusitaniam reversus a Rege D. Joanne V. creatus fuit Marchio Louricalensis; inde iterum prorex, in Indiam rediens Bardesium, & Salsetum recuperavit: & sic omnia digesserat, ut brevi totam ditionem, quam in Oriente amiseramus, recuperaturus esse videretur: sed morte interceptus tam salutaria patriae consilia perficere non potuit.*

Hoſtili ſolvit, ſervavitque impiger urbem;
Tranſque Tagum poſitis e finibus arcuit hoſtem.
Gangem hic bis prorex adiit: felicibus armis
Bardeſii terras, totumque ex hoſte recepit
Salſetum: quin & Luſis (modo vita maneret)
Mox omnes terras hic reſtituiſſet & Urbes;
Coelo aliter viſum. Tanti quòd fecit alumni
Jacturam, Patria ingemuit: fleruntque refuſis
Nymphae illum Tagides, Nymphae & Gangetides undis.
Haec generis tibi ſunt, puer, ornamenta paterni;
Nunc materna vide. Crines, incanaque menta
Priſcorum agnoſce hìc regum, de ſanguine quorum
Nactus es egregiam genere ipſo, atque indole matrem (*a*).
Inde duces bellis claros, palmiſque decoros
Cerne hìc atque hic, namque oculis quae plurima ſe ſe
Objiciunt hìc praeſtantum monumenta virorum,
Ornamenta tuae ſunt, clara & Lumina gentis.
Illi ad te charum egregia de ſtirpe nepotem
Vertere nunc oculorum acies ex aere videntur,
Et ſic affari: virtutem atque inclyta facta
Diſce, puer, diſce ex nobis, verumque laborem.
Quis procul ille autem, cui mento infuſa vetuſtas
Multa, comiſque jacet, priſcis ſpectandus in armis?
Noſco equidem noſco, magnum & venerabile nomen,
(*b*) Roſendum. Hic unà cum fratre in bella Thedone
Irruit, indigenaſque ciens, atque agmina ducens,
Ferroque exagitans hoſtem, longo oppida & urbes
Servitio exſolvit, turpemque fugavit ab oris

Lu-

(*a*) *Excellentiſſima* D. D. *Maria da Cunha Meneſes, cum ſit filia ſororis Excellentiſſimi Conjugis ſui DD. Henrici de Meneſes, totam Meneſiae domûs nobilitatem in ſe continet. Multis praeterea ornamentis abundat paterni generis, quod ex pervetuſtis Legionis Regibus deducunt ſcriptores, vide Bernardum de Brito part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 26. *Monarch. Luſit.*

(*b*) *Hujus clariſſimae familiae ſtirps eſſe perhibetur Roſendus Hermiges, nepos Infantis Alboazaris Ramires, filii ex ſecundis nuptiis Ramiri ſecundi Regis Legionis. Hic Roſendus, ejuſque frater Thedon cum delectis indigenarum copiis ex provincia Interamnenſi in Mauros irruerunt; magnaque eorumdem internecione partem Luſitaniae barbarorum jugo liberarunt, an.* 1037.

Lusiacis Maurum, & Lybicos protrusit in agros.
Verum age, longinquos aevo, nimiumque remotos
Praeteriens, oculos huc flecte, magisque recentes
Aspice majores: en Martis fulmen, & hostis
(a) Terrorem Ludovicum: hunc Pax Augusta furentem
Ense tremens vidit; pugnantem hunc Helvia, nec non
Vulnere pro Patria decoratum vidit honesto.
Huic & Lusiadae debent, quòd cesserit ipsis
Insignis parta ad *Montes* victoria *Claros*.
(b) Nunc illum contemplator, cui tibia desit
Altera, quam rapuit Mars olli; at vivida bello
Dextera constabat: proh! quantos stragis acervos
Edidit ultore hic ferro! late arva rubebant,
Large exundabant Hispano sanguine fossae.
Tum demum positis armis, ubi saeva quierunt
Praelia, Lusiadasq; tuos pax alma revisit,
Ille avidus pugnae, Martisq: incensus amore
Se se ad Germanas acies, & Caesaris arma
Contulit, imperioque armorum ad bella supremo
Donatus, fieri poterant quae maxima, fecit;
Tauruniq; Tomisq; acer bellator, & idem
Dux bello summus, dubium incertumq; reliquit,
Lusiadae ne aliis praestent virtute manuq;
An potius mente, imperiisq; ad bella gerenda.

Es-

(a) D. *Ludovicus Alvares, vir praestanti virtute, & singulari rei bellicae peritia, rebus praeclarè gestis de Patria optimè meritus, in obsidione Pacis Augustae strenuè se gessit tribunus militum. Interfuit praeliis Sancti Michaelis, & Helvensi, ubi & vulneratus fuit an.* 1659. *inde armis Transmontanis praefectus & Miniensis militiae equitum magister & exercitûs Imperator, compluribus expugnatis captisque oppidis, cum copiis suis ad Transtaganam provinciam profectus plurimum contulit ad victoriam* Montium Clarorum *anno* 1665.

(b) D. *Mathias da Cunha in bello contra Hispanos strenuissimè dimicavit peditum Chiliarchus, in obsidione Pacis Augustae tormenti bellici ictu sinistrum crus amisit an.* 1705. *Compositis rebus, & pace cum Hispanis conventa, in Germaniam profectus est, ubi magna cum virtutis tum prudentiae laude Caesari militavit; a quo exercitûs imperator creatus Tauruni, Tomis, & in bello Italico omnes summi Imperatoris partes implevit:*

Esto his contentus, neq: enim enumerare tuorum
(Tam longa est) proavum seriem, nec dicere facta
Singula per tempus nobis licet. haud tamen unum
Transierim, qui prae cunctis tibi proximus ipso
Tempore, quiq; ipso est tibi sanguine proximus idem.
Quare ambas huc verte acies, & suscipe signum
Aere informatum fuso, jam parte polita.
Hoc, cum perfectum fuerit, tibi reddet avunclum (a);
Qui magnam auspiciis rexit felicibus urbem,
Brasilici caput imperii, multoq: nitore
Ornavit, nec non tutam servavit ab hoste.
Vulgo increbuerat rumor, de littore classem
Solvisse Hispano, & plenis per caerula velis
Findere iter, praegnantem armis, urbiq; venire
Exitio: ergo ille arma, viros, provisaq; cuncta
Ad bellum parat, atq; arces, atq; omnia munit
Armatis loca: tum laeto imperterritus hostem
Expectat vultu, flagratq: cupidine belli.
Ipse autem obstupuit, totam cum vidit in armis
Stare urbem, Mavors, & ad acres versus Iberos:
Frustra, inquit, frustra huc instructa classe venitis:
Ponite, vos moneo, hanc mentem, atque: absistite bello
Urbi dum praeerit; rerumque tenebit habenas
Emmanuel, illa & belli & secura minarum
Riserit advectam classem caput ardua tollens,
Turritum caput, elataque interrita fronte
Obstiterit vestris minime expugnabilis armis.
Tales majoresq: tui, proaviq: fuerunt
Virtute, ac meritis: talis pater ipse, puelle,
Est tuus: ille etiam (tibi spondeo) serus adibit
Templum hoc. est suus Henrico locus heic quoq; patri.
Virtutes huic Urbanae, pacisq: ministrae
Nobile conflabunt signum, statuamq: locabunt
Arte laboratam. Ramis insignis olivae

(a) D. *Emmanuel da Cunha*, *Excellentissimae* D. D. *Mariae da Cunha Meneses frater Bahiam, totius Brasiliae Metropolim, administravit, ejusque incremento, ac nitori magnopere studuit. Contra Hispanorum classem, quae Bahienses invasura esse videbatur, sic urbem munivit, & quaecumque ad validam defensionem conferre possent, tam diligenter comparavit, ut nihil ab hostili aggressione civibus timendum esset.*

Ille quidem ſtabit : variis anaglypta figuris
Juxta ipſum ponent, & in his Tybrim, Eridanumq : (a)
Plaudenteſq ; viro fluviorum e margine Nymphas.
  Sic Diva oſtentans proavum monumenta docebat
Egregium forma infantem, & virtutis avitae
A teneris animum magno incendebat amore :
Cum puer attollens oculos mirabile vidit
Ex auro ſignum : namque illic aurea cultu
Foemina regali aſtabat, ſceptrumque gerebat;
Regius ex humeris nodo pendebat amictus.
Cui puer arridens, & tendere brachia contrà,
Et parvas agitare manus, & corpore toto
Geſtire, ac teneris effundere gaudia labris.
Tum Dea: ſi neſcis, inquit, puer optime, cernis
Reginam, dominamque tuam, cui Lyſia regna,
Cuique recens Orbis, cui Ganges paret & Indus.
Illa quidem & geſtis jampridem, moxque gerendis
Rebus praeclaris aeternum nomen adepta eſt,
Atque ſibi hoc templo monumentum illuſtre paravit.
Haec illa eſt, quae te ſacro de fonte renatum
Excepit; quae te vitae vel limine in ipſo
Effecit magnum, ſummoque ornavit honore.
Quare age, parve puer, riſu cognoſcere matrem
Incipe: namque erit illa tibi chariſſima mater;
Et magis atque magis, cum firma acceſſerit aetas,
Te clarum in patriam officiis, meritiſque futurum
Extollet: tuque interea non degener haeres
Sanguinis heroum, factis ingentibus aequans
Virtutem proavum, Dominae benefacta rependes :
  Dixerat: Aonides laetis clamoribus omen
Excepere, Deaeque haec alto pectore dicta
Condidit, atque aevo nunquam interitura, perenni
Pindi eadem cedro cuſtos mandavit Apollo.

PA-

(a) *Eridanus Auguſtam Taurinorum alluit, uti Tybris Romam. Excellentiſſimus D. Henriques de Meneſes Auguſtae Taurinorum complures annos legatione fungens, ita in ea ſe geſſit, ut omnibus charus, Regique acceptiſſimus fuerit; inde cum ſumma poteſtate Legatus Romam venit; ubi priſtinum Luſitani nominis ſplendorem reficit, ac reſtituit vir ſummo loco natus, & egregiis virtutibus praeſtans.*



PARAFRASE DOS VERSOS LATINOS.

I.

DO Heliconio monte ſacroſanto
Abre-me, ó Muſa as fontes cryſtallinas;
Couſas grandes, e memoraveis canto,
Que ouça Roma, a cabeça das collinas
Altas erguendo; e de que exulte em tanto
Ao longo o Reino das Sagradas Quinas;
E que celebrem com rumor ſereno
O aurifero Tejo, e Tybre ameno.

II.

Era noite: eu entaõ placidamente
Do ſono poſſuido, e prezo eſtava;
Quando do leito em ſonhos de repente
Hum inſolito ardor me arrebatava,
E Roma atraveſſando finalmente
A hum regio palacio me levava,
A cujas portas junto ao Eiſquilino
Me pouſou aquelle eſtro repentino.

III.

Alli parei vizinho ao celebrado
Oiteiro, onde exiſtio antigamente
D'altas faias hum boſque, conſagrado
A' Lucina dos partos preſidente.
Mas apenas entrei no elevado
Palacio, guarnecido nobremente,
Quando obſervei de couſas memoraveis
Hum compendio, e vi couſas admiraveis:

IV.

Primeiramente vi, que concorria
Taõ grande multidaõ ao tal palacio,
Quanto concurſo nem entaõ ſe via,
Quando por Roma o vencedor Horacio
Entrava, e os applauſos recebia
Daquella acçaõ famoſa em todo o Lacio,
Conduzindo por eſte meſmo oiteiro
Hum inſigne triunfo o graõ guerreiro.

V.

Hum concilio vi pleno, e venerando
Dos Deoſes: aqui eſtava o fero Marte,
Que tem das armas o poder, e mando;
Alli Mercurio eſtava; em outra parte,
Coroado de louro Apollo brando,
O inventor da mais amavel arte.
O grato coro, e comitiva toda
Das nove Muſas lhe aſſiſtia á roda.

VI.

Eiſque lá do ſeu boſque naõ diſtante
Chega Lucina, e vem acompanhada
Das tres Graças. Entrou, e com ſemblante
Riſonho viſitou a venerada
Senhora, que vizinha ao importante
Parto, já ſe ſentia moleſtada
Dos incómmodos, e da naõ ligeira
Pena de quem he mãi a vez primeira.

VII.

Chega-ſe ao leito a Deoſa, e com mimoſa
E branda maõ lhe aſſiſte, e o receio
Lhe tira: entaõ com ſórte a mais ditoſa
Hum Infante belliſſimo á luz veio.
Da mãi egregia a prole generoſa
Receberaõ as Graças no ſeu ſeio,
Levando no ſeu gremio adormecido,
E nos ſeus braços o gentil Cupido.

VIII.

VIII.

Em jubilos a grande caſa exulta
Naquelle taõ alegre, e fauſto dia.
No magnanimo coraçaõ reſulta
Do pai hum prazer ſummo, e alegria.
Dos congregados Deoſes a conſulta
Ao applauſo commum tambem ſe unia,
E ao recem-naſcido conſagrava
Donativos, preſentes offertava.

IX.

Deo-lhe Marte hum eſcudo, e juntamente
Huma pequena eſpada, hum elmo ornado
De lindas plumas, e hum reluzente
Colete à malhas d'ouro trabalhado:
E, tu, grande menino, eſte preſente
Recebe, diz, que te dá Marte armado;
Brincos ſejaõ da tua puericia
Eſtes duros enſaios da milicia.

X.

Por eſpadas, e por broqueis trepando
T'has de enſaiar a caminhar primeiro,
Que andar poſſas, menino egregio, quando
Imitar queiras o valor guerreiro
De teus Avós, os feitos emulando
De heróes, de cujo ſangue és claro herdeiro,
E de cujas façanhas a memoria
Dos faſtos Luſitanos fórma a gloria.

XI.

Entaõ Mercurio: e ſe antes (diz) te agrada
Imitar os illuſtres Aſcendentes,
Que ſervíraõ na paz á Patria amada
Em luminoſos póſtos differentes;
E ſe ao teu grande pai: quando a eſtrada
Dos empregos politicos intentes
Seguir, e finalmente quando inteiras
Provincias, e Cidades reger queiras.

XII.

Ou levar embaixadas do potente
Auguſtiſſimo ſolio Luſitano
A grandes Cortes de eſtrangeira gente
Interprete do peito ſoberano,
Eu te farei facundo, e eloquente;
Da poderoſa vara o grande arcano
Te entregarei: e para te apreſſares,
Já deſde aqui te cedo os meus talares (a)

XIII.

Em tanto o louro Apollo alli tangia
Docemente huma cithara dourada,
E das Muſas o coro reſpondia
Com harmonia acorde, e alternada,
E as glorias cantava, e applaudia
Da grande caſa, e gente ſublimada,
Diſpenſando louvores merecidos
Da familia aos heroes eſclarecidos.

XIV.

Cantava, como a caſa excelſa vinha
De altos Reis, como em ſceptros s'eſtribava,
Poisque Monarcas tres, huma Rainha
No principio, e progreſſos ſeus contava.
Os muitos Capitães, que dado tinha,
Cujas acções a Fama em bronze grava.
E quantos tinha dado altos faroes,
Pais da Patria, inviƈtiſſimos heroes.

XV.

Do coro a mais facunda, e elegante
Calliope, e de voz mais excellente
Entre todas com canto altiſonante
Precede, e diz aſſim: tu felizmente
Creſce, excelſo Menino, e vai ávante:
Eſta gloria te excite eternamente:
He Patria tua a grande Roma: eſmaltas
Tu a Patria naſcendo, tu a exaltas.

XVI.

(a) *Talares eraõ os çapatos com azas, de que uſava Mercurio, como fingem os Poetas.*

XVI.

Ella os Scipiões em ti vê renafcidos ,
Os Camillos , os Drufos , os Marcellos ,
Fabios , Decios , Catões : reproduzidos
Em ti vê de valor tantos modellos ,
Tantos heroes no mundo conhecidos ,
Quantos foraõ , os que com feitos bellos ,
E com claras acções na paz , e guerra
Ennobrecêraõ tanto a patria terra.

XVII.

Será tambem do teu repartimento ,
O' alma grande , illuftre , e generofa ,
Tratar as armas do fanguinolento
Marte com fórte fempre venturofa.
Tu d'impor leis aos póvos , que argumento
Daraõ á tua efpada bellicofa ,
E de paffar te lembra , alma Romana ,
Domando o mundo , além da Taprobana.

XVIII.

De Calliope o canto harmoniofo
Alli me tinha todo arrebatado ,
Quando hum novo efpectaculo affombrofo
Me divertio ; ví tudo illuminado
D'improvifo : hum augufto , e mageftofo
Templo ví fobre hum monte alcantilado
Com cem degráos de marmore : o afcenfo
Era efcabrofo , e de trabalho immenfo.

XIX.

Huma graõ turba ví , que pertendia
Chegar ao Templo pela dura eftrada
Daquelle arduo monte , e que fubia
Com fummo empenho , de fuor banhada ,
E tal , que apenas refpirar podia
De extremamente languida , e cançada ;
Porém de tantos , que affim fe esforçavaõ
Para ao Templo chegar , poucos chegavaõ.

XX.

De bronze as altas portas de repente
Com grande eſtrondo s'abrem : dentro havia
Grande oppulencia : e de ordem differente,
De Corintia, e d'Yonia ſemetria
Varias columnas, elegantemente
Hiſtoriadas ; pois com valentia,
Com grande arte em relevo os valeroſos
Feitos ſe liaõ dos varões famoſos.

XXI.

Armas de toda a ſorte alli pendentes
Do alto tecto eſtaõ ; lanças, eſpadas,
Eſcudos, capacetes reluzentes,
Saias de malhas fórtes, e pezadas,
Tambores, e bandeiras : de excellentes
Heróes tambem de bronze alli formadas
Eſtatuas á viſta ſe offerecem,
E em varias maneiras reſplandecem.

XXII.

Mas o Templo ao ſeu nome conſagrado
A Gloria, poderoſa Deoſa, enchia
Com ſua divindade, e em formado
Solio d'ouro, e com ſceptro reſidia ;
Purpureo manto d'ouro recamado
Regiamente dos hombros lhe deſcia.
Cem Altares á roda em fumo denſo
Tributavaõ á Deoſa grato incenſo.

XXIII.

Em quanto eu eſtas couſas contemplava
Do Solio hum ſalto deo (couſa admiravel!)
E tomando o Menino, o affagava
Nos ſeus braços, e ſeio a Deoſa affavel ;
E comſigo ao mais intimo o levava
Do Templo : onde no bronze perduravel,
Sem que poſſaõ temer do tempo os danos
Vivem os grandes heroes Luſitanos.

XXIV.

Aqui parou a Deosa , e docemente
Disse em taes termos ao Menino egregio :
Por gratuito dom , por excellente
Graça minha , por alto privilegio
Entra agora , entra anticipadamente
Neste meu Templo , e meu Palacio regio ,
E observa com tacito semblante
Quanto aqui se contém , o doce infante.

XXV.

Lá virá tempo , em que o merecimento
Das acções claras , que no mundo obrares ,
Aqui te dê tambem distincto assento
Entre os varões insignes , que imitares.
E depois de ter sido hum ornamento
Da Naçaõ com proezas singulares ,
Respires em estatua fundida
De immortal bronze , huma perenne vida.

XXVI.

Tu agora , ó Menino , os mais que humanos
Feitos , o valor summo , a fama , e gloria
Dos teus aprende , e desde os tenros annos
Te acostuma a trilhar a bem notoria
Estrada , que os invictos Lusitanos
Te assinaláraõ ; e tem na memoria
Os exemplos illustres , e subidos
De tantos teus Avós esclarecidos.

XXVII.

Vês aquelle de lança , e clava armado ,
Que está no mesmo bronze ferozmente
Olhando ; e cujo corpo agigantado
Vestido está de pelles ? o valente
Viriato estás vendo , o alentado
Commandante da montanheza gente ,
Que em fuga poz com tropas rusticanas
Os Capitães , e as aguias Romanas.

XXVIII.

Esta, que em bronze vive, numerosa
Serie d'heroes, dos quaes longo seria
Os nomes referir, saõ da ditosa
Patria os astros, com que ella mais luzia:
Por cuja fortaleza portentosa,
E pelos feitos de alta valentia
Portugal ás estrellas se levanta,
E goza em todo o mundo d'honra tanta.

XXIX.

Estes no impio, e féro Sarraceno
Damno, e ruina extrema effeituáraõ;
E naõ cabendo em reino taõ pequeno
Taõ grandes corações, amplificaraõ
Com o ferro o dominio, e graõ terreno
Com as armas fataes na maõ, ganháraõ,
Pouca gente, mas no valor invita
Contra a caterva barbara infinita.

XXX.

Estes, muitos combates sostiveraõ
Contra as Iberas gentes bellicosas;
E victorias insignes obtiveraõ
Em frequentes batalhas sanguinosas.
Oh! quanta mortandade alli fizeraõ
As Lusitanas armas valerosas!
Todo tinto de sangue Castelhano
Hia o Guadalquivir ao Oceano.

XXXI.

Estes sulcando mares naõ sabidos,
Do Oriente as terras subjugáraõ,
Nas costas do mar roxo os escondidos
Póvos ao Luso Imperio sujeitáraõ;
E valentes, ousados, destemidos
As armas felicissimas leváraõ,
E bandeiras da grande Lusitania
Lá muito além da Arabia, India, e Carmania.

XXXII.

XXXII.

Mas para que te tenho aqui detido?
Levanta os olhos, e ſómente attende
Ao que toca ao teu ſangue eſclarecido;
De teus claros Avós a ſerie aprende;
Vê, como de tres Reis és procedido,
E, que nas tuas vêas, tens, intende,
De regio ſangue huma porçaõ naõ parca,
Poisque deſcendes de mais de hum Monarca.

XXXIII.

Aquelle, que lá vez com mageſtoſo
Sceptro, e com manto Ibero, elle he Fruella
Venerando Monarca, e glorioſo
Tronco da tua eſtirpe illuſtre, e bella.
Aquell'outro he Ramiro, poderoſo
Rei de Leaõ: o outro, que naquella
Eſtatua inda reſpira valentia,
He de Navarra o claro Rei Garcia.

XXXIV.

Os grandes Capitães contempla agora:
Primeiro obſerva aquelle herói famoſo,
Que em Tangere deixou fama ſonora
Pelas acções do braço bellicoſo.
Eſte meſmo da rubicunda Aurora
Nos reinos apportando, o orgulhoſo
Collo de Ormuz domou, e á perfeita
Obediencia a trouxe, e fez ſujeita.

XXXV.

Vês outro alli, que no metal reſpira,
Outro dos teus Menezes: na verdade
De poucos annos, mas em quem conſpira
Com o valor naquella verde idade
O conſelho, e prudencia: em quem s'admira
Da vida a innocencia, e a piedade,
Iſento d'ambiçaõ, e de cubiça,
Da rectidaõ amante, e da juſtiça.

XXXVI.

Eſte guerreiro, eſta alma bellicoſa
Fez na India proezas ſingulares.
Elle a Luſa bandeira victorioſa
Pelas terras levou dos Malavares;
E Coulete, e Panane populoſa
Conhecêraõ, chorando os ſeus pezares,
Quanto na guerra foſſe aſſignalada
Do vingador Henrique a forte eſpada.

XXXVII.

Mas aonde me levas, o ſagrado
Paſtor, que ſobre as cãs tens a decente
Sacra mitra, tu, que de Chriſto o gado
Guardaſtes, e regeſtes ſabiamente
No zelo bom Paſtor, e no cuidado,
Aonde me arrebatas? pois ſómente
Para de ti fallar, o grande Aleixo,
Em ſilencio outros muitos heroes deixo.

XXXVIII.

Goa exalta o teu nome venerando,
O Malavar os teus louvores canta,
Cuja coſta tu foſte viſitando
Com ſanto zelo, e com fadiga tanta;
Braga te recebeo d'Aſia tornando
Por ſeu Paſtor digniſſimo. A Fé ſanta
A piedade, que foi tua diviſa,
Em huma, e outra parte te eterniſa.

XXXIX.

Mas a deixar-vos quem ſe attreveria
Em ſilencio, os dous nomes reſpeitaveis
Ferdinando, e Luiz, na valentia
Do braço, e na do engenho memoraveis.
Com igual força a voſſa maõ movia
A eſpada, e a penna: vós obraveis
Couſas dignas de andar no mundo eſcritas,
Vós eſcrevieis as acções invitas.

XL.

Mas agora, o Menino, reconhece
Os teus de idade a ti já mais chegada.
Nessa estatua hum Luiz se te offerece
Famoso pela penna, e pela espada.
Junto a este hum Francisco resplandece
De louro com coroa duplicada,
Porque dobradamente lhe reparte
As coroas de louro Apollo, e Marte.

XLI.

Nota o ultimo agora, em quem se cerra
A ordem dos teus claros Ascendentes.
Este he Luiz, famoso heroe na guerra,
E hum dos Commandantes mais prudentes.
Este obrigou, na Transtagana terra,
A levantar o cerco, os combatentes
Castelhanos: este immortal Menezes
Da India Viso-Rei foi duas vezes.

XLII.

As terras de Bardez, e Salsetanas
Restaurou este venturosamente;
E teriaõ as armas Lusitanas
Revindicado, quanto no Oriente
Já teve Portugal, se as Soberanas
Disposições daquella Omnipotente
Providencia, que a tudo põe medida,
Désse ao famoso heroe mais larga vida.

XLIII.

Mas outra cousa tinha decidido
Com decreto immutavel o Ceo santo.
Por ter em circumstancias taes perdido
A Patria hum filho tal, e heroe tanto,
Gemeo; chorou: do Téjo enternecido
As magoadas Nynfas largo pranto
A taõ sensivel perda consagráraõ,
E do Ganges as Nynfas o choráraõ.

XLIV.

Eſtes ſaõ, o menino, os ornamentos,
Que trazes, e derivas do paterno
Eſclarecido ſangue: os luzimentos
Obſerva agora, e eſplendor materno.
Reconhece os primeiros fundamentos
Neſtes, que vês aqui no bronze eterno
Reſpirar mageſtade antiga, e regia.
Dos quaes deſcende tua mãi egregia.

XLV.

Depois do regio tronco neſta parte
Obſerva, e neſta os Generaes famoſos,
E Capitães, a quem diſpenſou Marte
Muitas palmas por feitos valeroſos.
Pódes bem juſtamente gloriar-te
Da multidaõ, que vês, de portentoſos
Varões, que em todos eſtes monumentos
Saõ do teu ſangue inſignes ornamentos.

XLVI.

Elles parece que do inflexivel
Bronze os olhos eſtaõ a ti voltando,
A ti ſeu neto amado: e com ſenſivel
Voz parece te eſtaõ aſſim fallando:
De nós, menino, aprende o invencivel
Valor, illuſtres feitos imitando,
Paraque, como nós, gloria conſigas
Pela eſtrada de heróicas fadigas.

XLVII.

Mas quem he, quem, aquelle heróe valente,
Que pela ſua muita antiguidade
De cãs cuberto vejo, e que altamente
Reſpira bellicoſa auſteridade?
Conheço, ſim conheço, o que entre a gente
Luſitana lá na paſſada idade
Fez de valor prodigios: eſtás vendo
A eſtatua do immortal Roſendo.

XLVIII.

Eſte inclito, e famoſo cavalheiro
Contra o barbaro, e féro Iſmaelita
Junto com ſeu irmaõ, alto guerreiro,
Que Thedaõ ſe dizia, a guerra excita.
Livra as terras do longo captiveiro
Com a fatal eſpada, e lança invita,
Deſterrando do paîz Luſitano
Em grande parte o torpe Mauritano.

XLIX.

Mas deixando os de idade mais diſtante,
Contempla attentamente alguns modernos
Dos teus majores: ahi tens diante
Dos olhos hum Luiz, hum dos maternos
Teus Avós, excellente Commandante,
Cujo nome em louvores vive eternos.
A ſua eſpada, qual de Marte raio,
Cauſou em Badajoz mortal deſmaio.

L.

Elvas nas ſuas Linhas decantadas
Vio eſte illuſtre raio de Mavorte
Pelas armas entrar, pelas eſpadas
Sem receio, com peito ouſado, e fórte;
Onde feridas recebeo honradas
Pela Patria, por quem ſe expunha á morte.
Elle obrou de valor prodigios raros
Na victoria immortal de *Montes Claros.*

LI.

Contempla agora aquelle, a quem fez coxo
Huma bala por Marte deſpedida;
Porém ficou-lhe o braço, nunca froxo,
Nunca cançado de ferir. Sem vida
O' quantos córpos jazem! tinto e roxo
O campo todo eſtá da repetida
Mortandade: saõ tragicas ribeiras
De Heſpanhol ſangue as cavas, e trincheiras.

LII.

Mas depoſtas as armas, e ceſſando
A dura guerra, quando a paz formoſa
Viſitou com ſemblante alegre, e brando
A tua Luſitania victorioſa,
Eſte heroe no ſeu peito conſervando
Os deſejos da guerra ſanguinoſa,
Lá vai buſcar nas terras de Alemanha
A guerra, que lhe falta contra Heſpanha.

LIII.

Vai buſcar o famoſo aventureiro
A milicia Ceſarea, e nella eſcreve
O ſeu nome: alli de inclito guerreiro
Dando evidentes próvas, logo obteve
O mando ſummo, e o lugar primeiro;
E em quanto o ſupremo poſto teve,
Fez na guerra, quanto fazer podia
De hum grande heroe a ſumma valentia.

LIV.

Em Temiſvar moſtrou, e em Belgrado
O quanto pode hum Luſitano peito;
O caracter fez ver de hum bom Soldado,
E tambem o de hum General perfeito:
Em hum, e outro foi taõ conſummado,
Que deixou dubio, e indeciſo o pleito,
Se os Portuguezes tem a preferencia
No valor, ou na militar prudencia.

LV.

Por ora iſto te baſte, e te contente,
Por quanto o tempo aqui me faltaria,
A querer numerar exactamente
Os heroes da materna varonia,
E referir os feitos de tal gente:
Em ſilencio naõ deixo todavia
Hum varaõ grande da materna linha,
Que em ſangue, e tempo a ti mais ſe avizinha.

LVI.

LVI.

Por tanto os olhos ergue, e nota attento
Huma eſtatua, que eſtá delineada,
Que ſe bem naõ tem inda o complemento,
Em parte he já polida, e aliſada.
A obra deſte inſigne monumento,
Quando for já perfeita, e acabada,
Te exhibirá no bronze permanente
Hum teu materno Tio inda vivente.

LVII.

Aquelle digo, que em florente idade
Com prudencia, e com alto magiſterio
Governou a conſpicua Cidade,
Capital do Braſilico amplo Imperio.
Elle a ornou, e com felicidade
A defendeo do aggreſſor Heſperio,
Quando ella eſteve em proximo perigo
Da invaſaõ, que ordia o inimigo.

LVIII.

Tinha a ligeira Fama divulgado
Pelo Braſil, que huma conſideravel
Armada déra á véla, e o ſalgado
Mar ſulcava com vento favoravel;
Que nella vinha o Heſpanhol armado
Com hum corpo de tropas reſpeitavel;
E que o grande poder ſe dirigia
Ao aſſalto, e ruina da Bahia.

LIX.

Por tanto a huma varonil defeza
Elle com ſummo ardor ſe preparava;
Armas, gente, para a Marcial empreza,
E tudo o neceſſario aparelhava;
Todo o caſtello, e toda a fortaleza
Guarnecia; e intrepido eſperava
O inimigo, e com alegre roſto
De peleijar moſtrava empenho, e goſto.

LX.

Mas attonito Marte, apenas vira
Toda a Cidade em armas, com ſemblante
Sezudo para os Heſpanhoes ſe víra,
E lhes diz: olá, naõ paſſeis ávante:
Vindes debalde, e com inutil mira
Contra a gente, que tem tal Commandante.
Deponde a pertençaõ, e deſta terra
Deixai o rumo, e deſiſtí da guerra.

LXI.

A inclita Cidade levantando
Dos montes a cabeça mageſtoſa,
A guerra, e ameaças deſprezando,
Se rirá deſſa armada eſtrepitoſa.
Em quanto o Cunha tiver nella o mando,
O' Cunha, alma guerreira, e generoſa,
Naõ tendes, que eſperar: inexpugnavel
Ella vos ſerá ſempre, e formidavel.

LXII.

Taes foraõ teus Avós, ó claro Infante,
Na valentia, e no merecimento;
A elles he teu Pai mui ſemelhante,
Nem deſcrepou de tanto luzimento.
Elle depois de larga, e importante
Vida, aqui terá nobre monumento.
Neſte Templo, para que eterno fique,
Tem tambem ſeu lugar teu Pai Henrique.

LXIII.

Aqui, digo, entre a ſerie venturoſa
Das mais illuſtres almas Luſitanas,
Huma eſtatua lhe lavráraõ formoſa
As virtudes politicas, urbanas;
Virtudes, da paz branda, e amoroſa
Miniſtras, e por iſſo as mais humanas:
Elle eſtará no bronze levantado
Com ramos de oliveira coroado.

LXIV.

Ao pé delle em relevo prominente
Poraõ varias imagens, de efcultura
Mudamente alluziva, e eloquente;
E entre ellas poraõ huma figura
Do Tybre, outra do Pó, e juntamente
Nas margens Nynfas de alta formofura;
Que em acto de applaudir alli fe vejaõ,
E acclamando o grande Henrique eftejaõ.

LXV.

Defta fórte as eftatuas moftrando
Dos altos Afcendentes, informava
A Deofa ao bello Infante, e explicando
As famofas emprezas inflammava
O animo infantil, e peito brando
No amor da virtude, e lhe inftillava
O domeftico, e efficaz exemplo
Dos que eftavaõ naquelle Augufto Templo.

LXVI.

Quando o Menino os olhos levantando
D'ouro huma eftatua vio muito viftofa,
A qual eftava alli reprefentando
Huma mulher fublime, e mageftofa
Com Sceptro, e com Coroa, em que brilhando
Eftava a pedraria preciofa:
E dos hombros com garbo, e valentia
O regio Augufto manto lhe pendia.

LXVII.

Todo alegre, e rifonho contemplava
O lindo Infante aquella imagem bella:
Movendo as mãos, e braços fe esforçava,
Quanto podia, a fe chegar a ella;
E com diverfos geftos demoftrava
O intimo defejo, que o defvella:
Dos tenros labios, e de todo o rofto
Signaes manavaõ d'alegria, e gofto.

LXVIII.

Se ignoras, quem aqui ſe repreſente
(Lhe diſſe a Deoſa entaõ com voz ſonora)
Tu, Menino, eſtás vendo a mui potente
Tua Rainha, e immortal Senhora,
Aquella, a quem a Luſitana gente,
Obedece, e com fino amor adora,
E a quem obedece o novo mundo,
O rico Ganges, o Indo profundo.

LXIX.

Pelas claras acções, que, já tem feito,
Pelas que ha de fazer para o futuro,
Ella já por juſtiça, e por direito
Neſte Templo huma eſtatua d'ouro puro
Tem merecido: aquelle auguſto peito
Já triunfa do eſquecimento eſcuro,
E do ſeu nome a fama, e a memoria
Eterna já no Templo eſtá da gloria.

LXX.

Eſta he, Menino, a immortal Rainha,
Que tanto te tem já favorecido.
Ella meſma quiz ſer tua Madrinha,
Quando tu foſte á graça renaſcido.
Ella já d'antes decretado tinha,
Que grande foſſes, aſſimque naſcido;
E no primeiro introito da vida
Te deſtinguio com honra a mais ſubida.

LXXI.

Tu por tanto com doce rizo agora
Começa a conhecer, Menino brando,
A tua Auguſta Mãi, e Bemfeitora;
Que ella te ſerá ſempre Mãi; e quando
Com os annos eſſa alma, que em ti mora,
Proezas pela Patria for obrando,
Ella os teus peſſoaes merecimentos
Honrará com maiores ornamentos.

LXXII.

Tu, ſem degenerar já mais do claro
Sangue de tanto heroe, de que és herdeiro,
De teus Avós o proceder preclaro
No emprego ou politico, ou guerreiro
Sempre igualando, e ſendo eſplendor raro,
Sendo da Luſitania alto luzeiro,
Compenſarás com uteis exercicios
Da tua graõ Senhora os beneficios.


LXXIII.


Diſſe: e das Muſas com ſumma alegria
Hum pronoſtico tal foi celebrado.
Apollo, que eſtes ditos recolhia
Da Deoſa no mais fundo, e retirado
Do ſeu peito, temendo todavia
Que o tempo os conſummiſſe, acautelado
Lá os foi eſcrevendo, e eſculpindo
Em hum cedro immortal do ſacro Pindo.

F I M.




Jatropha manihot. Correa f.


3.



4.

5.


7.



6.



V.f.


V. f.

